Monumenta Germaniae historica.
Legum sectio 1. Leges nationum Germanicarum.

# LEGIS SALICAE

## TEXTUS A.

Ed. Mario Krammer.

[1915]

Lex Salica.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## *Tabula codicum recensionis A.*

*A* 1 = *Codex Parisiensis lat.* 4627 *s. X.*
*A* 2 = *Codex Sangallensis* 731 *s. VIII. ex.*
*A* 3 = *Codex Montispessulanus H* 136 *s. IX.*
*B* 4 = *Codex Parisiensis lat.* 4404 *s. IX. in.*
*(quo solummodo ad Prologi textum usi sumus).*

---

*Tituli I — LXXIV Legis Salicae intra annos* 486 *et* 496 *sub Chlodoveo I. rege Francorum editi sunt. Ex his primo conscripta esse videntur ea, quae tituli I. XII. XIIII. XV. XVIIII. XXV. XXVI. XXVIII. XXXVIII. XLI. XLVII. XLVIII. LXVIII. LXXI praebent (recensio α), sed non omnia, quae ibidem leguntur. Nonnulla capita recensionis α non sicut reliqua sententiis populi niti, sed a rege conscripta esse videntur, qui primum XV,* 2. 3, *deinde I,* 1. *LXVIII. LXXI inseruit. Haud multo post ceteri tituli adiecti et in eos, quos iam nominavimus, quaedam inserta sunt (recensio β). Huius demum recensionis inscriptiones quoque titulorum esse videntur. Tum intra annos* 496 *et* 507 *Chlodoveus titulos LXXV — LXXVII legi adscribi fecit, et intra annos* 524 *et* 547 *nonnulli tituli per Childebertum I. (LXXVIII—LXXXIIII) et Chlotharium I. (LXXXV—XCVIIII) reges additi sunt. Denique iussu Pippini regis quidam haec omnia penitus perlustravit et adauxit (recensio γ). Legem sic retractatam promulgari fecit Pippinus annis, ut videtur,* 763/64. *Hanc recensionem (A) antiquioribus deperditis primam praebemus.*

---

MONUMENTA GERMANIAE
HISTORICA
Bibliothek

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## IN[1] CHRISTI NOMINE INCIPIT PROLOGUS LEGIS SALICĘ.

Gens Francorum inclita, auctore Deo condita, fortis in arma, firma pace freta profundo in consilio, corporea nobilitas incolumna candore, forma egregia, audax, velox et aspera, a catholica fide conversa, inmunis ab herese, dum adhuc teneretur barbaro, inspirante Deo inquirens scientiae clavem, iuxta morum suorum qualitatem desiderans iustitiam, custodens pietatem, dictaverunt Salicam legem per proceres ipsius gentes, qui tunc tempore eiusdem aderant rectores, electi de pluribus viris, quattuor his nominibus[2]: Wisogastis, Bodogastis, Salegastis et Widegastis in loca cognominantia: Salechagme, Bodogagme, Widochami, qui per tres mallos convenientes, omnes causarum origines sollicite discutiendo tractatis de singulis iudicium decreverunt hoc modo. Ad[3] ubi Deo favente rex Francorum Chlodoveus, torrens et pulcher[4], primum recepit catholicum baptismum, et quod minus in pacto habebatur idoneum per celsus regis Chlodoveo et Childeberto et Chlothario fuit lucidius emendatum. Vivat qui

Prol. *l.* 1. In — Salice *om.* *B*4; In — nomine *om.* 2. 3. prolocus 2. Salice 2; Salicae 3. *l.* 2. auctorem 2. *B* 4. pacte 3. freta] fetera 2. 3. *B* 4. ‖ *l.* 3. profunda 2. 3. corporia 2. nobilitas] nubilis 2. 3; nobilis *B* 4. incolomna 2. furma 2. Aut dax 2. ‖ *l.* 4. velux 2. 3. a] ad 2. *B* 4. catolica 2. 3; catholicam *B* 4. fidem 2. *B* 4. inmunis] ęmunis 3; et munus 2. *B* 4. heresa 2. *B* 4. ‖ *l.* 5. inquerens 2. 3; inquaerens *B* 4. scientia 3; scienciam 2; scientiam *B* 4. clavem *alio atramento addit* 3. iusta 2. morem 2. 3. *B* 4. ‖ *l.* 6. iusticiam 2; iustitia 3. *B* 4. costodiens 2. 3. piaetate 3. dictaverant 3. Salica 2. 3. lege 3. proceris 2. 3. *B* 4. ‖ *l.* 7. gentis 2. 3. nunc 1. adherant *B* 4. rectoris 2. aelecti 2. vires 3. ‖ *l.* 8. hominibus 3. hodogastis *B* 4. Salicastis 2. 3. Widogastis *corr.* Widegastis 1; Widogastis 2; Widicastis 3; Wisugastis *B* 4. cognomenantia 3; cui nominancia 2. ‖ *l.* 9. Sachagme 3; Salicagme 2; Salicaime *B* 4. Bodochagme 3; Bodecagme 2; hodocaime *B* 4. Widochaamni 2; Widochagmi 3; Widucaime *B* 4. qui *om.* 3. tris 2. mallus 2. 3. convenienti omni 2. ‖ *l.* 10. originis 2; horiginis 3; origenis *B* 4. solicite 3; soliciti 2. discuciendo 2; percuciendo 3. tractatis] *intellige* tractatibus; tractantis 2. 3; tractandis *B* 4. iudicio *B* 4. *l.* 11. modum *B* 4. ad ubi] in dubi *corr.* ad ubi 3; adhuc 2. favente] favendi 2; pavendi *B* 4; sicvendi 3. Chlodovius 2. 3. *B* 4. turrens 2. 3. pulchrar 2. primus 2. 3. *B* 4. ‖ *l.* 12. recipit 3; accipit 2. catolicum 2; catholicam 3. menus in pactum habiatur hedonium 2. pactum *B* 4. habebat 1. edonii *B* 4. per celsus] *ita emend.*; perculsus 1. *B* 4; peper culsus 2; per perculsus 3. *l.* 13. reges 3. Chlodovio 2. 3. *B* 4. Chilberto 2; Cheldeberto *B* 4. Chlotthario 2; Chlotario 3. lucidius] *ita emend.*; lucidis 1. 3; lucidus *B* 4; licites 2. quis 1.

1) *De Prologo v. quae exposuimus in commentario nostro 'Zur Entstehung der Lex Salica, Festschrift Heinrich Brunner dargebracht' p.* 436 *sqq.* 448 *sqq.* 2) *Cf. Liber historiae Francorum c.* 4; *MG. Scriptores rerum Merovingicarum II, p.* 244: Tunc habere et leges coeperunt, quae eorum priores gentiles tractaverunt his nominibus: Wisowastus, Wisogastus, Arogastus, Salegastus, in villabus, quae ultra Renum sunt, in Bothagm, Salechagm et Widechagm. 3) *In his, quae sequuntur, auctor Prologi Epilogo usus est; v. infra in fine textus A.* 4) *Cf. Vita Eligii; MG. l. c. IV,* 680: rex Dagobertus torrens, pulcher et inclitus.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

Francos diligit Christus[1], eorum regnum custodiat, rectores eorundem lumen suę gratię repleat, exercitum protegat, fidem monumenta tribuat, pacis gaudia et felicitatis tempora dominantium[2] dominus Ihesus Christus pietatem concedat. Hęc est, que fortes[3], dum esset robore valida, Romanorum iugum durissimum de suis cervicibus excusserunt pugnando, atque post agnitiones baptismum sanctorum martyrum corpora, quem Romani igne cremaverunt vel ferro truncaverunt vel bestiis lacerando proiecerunt, Franci super eos aurum[4] et lapides pretiosos ornaverunt.

*cf. Apoc.* 19, 16.

Anno[5] ter decimo regnante domno nostro Pippino gloriosissimo rege Francorum. Amen.

## INCIPIUNT CAPITULA LEGIS SALICAE[6].

I. De manire.
II. De furtis porcorum.
III. De furtis animalium.

*l.* 1. Francus 2. 3. *B* 4. diligit] *om. B* 4; deligit 2. costodiat 2. eorundem] eorum undem 3. suae *B* 4; sui 2. gratiae *B* 4; graciam 2; gratiam 3. ‖ *l.* 2. reppellat *B* 4. exercituum 3; *post hoc verbum addita, sed tunc deleta sunt:* dominus Iesus Christus, *v. infra.* protegat] pergat 2. munumenta 3; munimenta 2; momenta *B* 4. paces 2; pacem *B* 4. gaudeat *B* 4. felicitatem 3; felicisitatem 2; filicitatem *B* 4. ‖ *l.* 3. dominancium 2. 3. Christus *om.* 2. piaetate 3. concedat] custodiat *B* 4. Haec 2. *B* 4. est] enim gens *add.* 2. 3. *B* 4; *cod.* 1 *add.* gens *supra lineam.* qui 2. ‖ *l.* 4. fortis 2. 3. *B* 4. valeda 3. iucum 2. ‖ *l.* 5. pugnandum 2. adque 2. 3. agnicionem 2; agnitionem 3; agnationem *B* 4. baptismi 2. *B* 4; baptisme 3. martirum 2. ‖ *l.* 6. quae *B* 4. igni concremaverunt 2. besteis 3. *B* 4; bisties 2. lacirando 2; laceraverunt 1. progecierunt 2. ‖ *l.* 7. France 3. labides 2. pretiosus *corr.* pretiosos 1; preciosus 2; preciosis 3; preciosos *B* 4. ornaverunt] superornaverunt *B* 4; Explicit *add.* 3; Explicit prolecus (*corr.* prolicus) legis Salice *add.* 2. ‖ *l.* 8. Anno — Amen] *ita* 3; *om.* 1; *de cod.* 2 *v. infra l.* 26. ter decimo] ter XIII decimo 3.

Cap. *l.* 10. Incipiunt — Salicae] Incipiunt capitulacionis lege Salicae 3; Incipiunt capitula legis Salice. Diae Mercoris proximo ante kalendas Novembris in anno XXVI. regni domno nostro gloriosissimo Carolo rege 2. ‖ *l.* 11. mannire 2. ‖ *l.* 13. animalium *corr. ex* ovium 1.

1) *Cf. Liber hist. Francorum c.* 13; *MG. l. c. p.* 259: Vivat rex, qui tales habet leudos. *Christus est 'rex regum et dominus dominantium', Apoc.* 19, 16. 2) *Cf. n.* 1 *et Liber hist. Franc. c.* 12; *l. c. p.* 258: confitere . . Christum . . regem omnium regum. 3) *Liber hist. Francorum c.* 1; *MG. l. c. II, p.* 241: Gens illa fortis et valida . ., *cf. etiam ibidem c.* 7; *l. c. p.* 248, *ubi de Francis per Romanos oppressis agitur.* 4) *Cf. diploma Pippini regis d. d.* 13. *Aug. a.* 762, *ubi leguntur haec verba:* templum . . . scimus auro lapidibusque exornasse, *v. etiam notam sequentem.* 5) *Scriptores diplomatum regis hoc modo diem et annum ascribere eo potissimum tempore solebant. Cf. diploma supra n.* 4 *allegatum (DK. I, nr.* 16, *p.* 21 *sqq.):* Data mense Augusti die XIII. anno XI. regnante Pippino gloriosissimo rege *et alterum d. d.* 3. *Aug. a.* 763 *(l. c. nr.* 18, *p.* 26 *sq.):* Data sub die III. non. Aug. anno XII. regnante domno nostro Pippino gloriosissimo rege. *De qua re E. Stengel benivole me certiorem fecit.* 6) *Hic index capitum antiquiori formae legis postea praepositus est. Qui hunc indicem scripsit, de ipso textu legis solummodo inscriptiones deprompsit horum titulorum: I—XVI. XXV—XXXI. XXXIIII—XXXVIII. XLVII—LIII. LVII. LXI—LXV. LXVIIII—LXXV. LXXVIIII—LXXXIII. LXXXV—C. Reliqui tituli legis tunc inscriptiones nondum habebant. In indice quaedam recensionis γ esse videntur, scilicet ad XVI:* Qui — expoliat, *ad XXV:* Qui — dederit, *ad XXVII:* Qui — movunt, *ad XXXII:* [Qui] occidit, *ad XXXIII:* [Qui] occiderit, *ad XL:* messem, *ad XLVI:* et non seminavit, *ad LXI:* [homicidiis] pecorum, *ad LXVI:* [vel] vendiderit, *ad LXXIIII:* et — interfectum, *ad LXXVIIII:* ut — dimiserit, *ad LXXXIIII:* periurasset, *ad LXXXV:* Qui — dare.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

IIII. De furtis ovium.
V. De furtis caprarum.
VI. De furtis canum.
VII. De furtis avium.
VIII. De furtis arborum.
VIIII. De furtis apium.
X. De damnum in messe vel in qualibet clausura.
XI. De servis vel mancipiis furatis.
XII. De furtis ingenuorum vel effracturis.
[XIII. De furtis servorum vel effracturis].
XIIII. De rapto ingenuorum vel mulierum.
XV. De eo, qui alterius mulierem tollit vivo marito [1].
XVI. De supervenientes vel expoliationibus. Qui hominem ingenuum expoliat.
XVII. Si quis villam alienam adsallierit.
XVIII. Si quis hominem mortuum effoderit aut expoliaverit.
XVIIII. Si quis corpus in furtu expoliaverit, antequam in terra mittatur.
XX. Si quis casa super hominem dormientem incenderit.
XXI. Si quis spicarium aut maufalum cum anona incenderit.
XXII. Si quis alterum voluit occidere et colpus fallierit.
XXIII. Si quis hominem ingenuum de fuste percusserit.
XXIIII. Si quis ad regem hominem innocentem absentem accussaverit.
XXV. De maleficis. Qui alteri herbas dederit.
XXVI. De manu mulieris stringenda.
XXVII. De nave. Qui sine permissu domini sui movunt.
XXVIII. De asco deintro clave furato.
XXVIIII. De furtu in molino commisso.
XXX. De eo, qui alterius exclusa rumpit.
XXXI. De homicidiis parvulorum.
XXXII. De femina, postquam infantes habere coeperit. [Qui] occidit.
XXXIII. De femina post media etate. [Qui] occiderit.
XXXIIII. De neglegentiis parvulorum.

*l.* 1. caprarum *corr.* ovium 3. ‖ *l.* 2. canum *corr.* caprarum 3; cabrarum 2. ‖ *l.* 6. abium 2. *l.* 7. damno 3. qualibit 2. 3. ‖ *l.* 8. mancipies 2. ‖ *l.* 9. effractoris 2; efraturis 3. ‖ *l.* 10. XIII — effracturis] *add. sec. cod.* 2. *Codd.* 1 *et* 3 *haec non praebent, qua de causa in sequentibus alias numerant.* effractoris 2. ‖ *l.* 11. raptum 2. ‖ *l.* 12. eo] his 2; *om.* 3. mulierem] *ita emend.;* mulierum 1; muliere 2. 3. tollit — marito] tullerit 3. ‖ *l.* 13. superventis 2. 3. expoliacionebus 2; expoliacionibus 3. Qui *om.* 3. *l.* 15. Si quis] in *add.* 3. alinam 1. adsallierit] adsaliret aut expoliaveret 2. ‖ *l.* 16. effoderit — expoliaverit] exfodiret 2. expoliat *corr.* exfodiet 3. ‖ *l.* 17. furtum expoliaveret 2. terre mitatur 2. *l.* 18. casa] casam 2; *om.* 3. dormientem] casa *add.* 3. ‖ *l.* 19. espicarium 3. mafolum 2. 3. annona 2; anona *corr.* annona 3. ‖ *l.* 20. adulterum 3. voluerit 2. 3. colepus *corr.* colpus 3; colibus 2. faliret 2. *l.* 21. ingenuo hominem 3. furtu *corr.* fuste 3. ‖ *l.* 22. ad regem *om.* 2; ad rege 3. innocentem] innocente 3; ad regem *add.* 2. absentem *om.* 2; absente 3. accusat 2; acussat 3. ‖ *l.* 23. maleficiis 2. alterius erbas 2. 3. dediret 2; dederint 3. ‖ *l.* 24. manum 2. mulieres 3. extringenda 2. ‖ *l.* 25. Qui] que 3. permisso 2. movet 2. ‖ *l.* 26. deint̄ 1. 3. clavo 1. ‖ *l.* 27. furtis 2. comissis 2; conmissis 3. ‖ *l.* 28. eo] his 2; *om.* 3. sclusa 2. ‖ *l.* 29. humicidiis 2. ‖ *l.* 30. infantis habet 2. coeperit *om.* 2; cepit 3. occiderit 2. 3. ‖ *l.* 31. medietate 2; media aetatem 3. ‖ *l.* 32. necligentias 3; neglienciis 2. parvolorum 2. 3.

1) *Capita* 8. 5. 6. 9. 10 *tituli XIV legis nostrae quondam proprium titulum effecisse videntur, v. infra p.* 17, *n.* 2.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

XXXV. De puero tonsorato.
XXXVI. De adulteriis ancillarum.
XXXVII. De libertis dimissis ingenuis.
XXXVIII. De furtis diversis.
XXXXVIIII. Si quis messem alienam meterit.
XL. Si quis de campo alieno messem furaverit.
XLI. Si quis prato alieno furaverit et secaverit.
XLII. Si quis vineam alienam vindimiaverit.
XLIII. Si quis in orto alieno ingressus fuerit.
XLIIII. Si quis retem de aqua furaverit.
XLV. Si quis de screunam, qui clavem habet, aliquid furaverit.
XLVI. Si quis campo alieno araverit et non seminavit.
XLVII. De elogationibus.
XLVIII. De debilitatibus.
XLVIIII. De convitiis.
L. De via lacina.
LI. De ligaminibus ingenuorum.
LII. De venationibus.
LIII. De sepibus.
LIIII. De hominem, qui per alienam messem erpicem traxerit.
LV. Si quis alienam messem expalmitantem transierit.
LVI. Si quis per malo ingenio in curte aut in casa in furtum aliquid miserit.
LVII. De homicidiis servorum vel expoliationibus.
LVIII. Si quis servum alienum batterit.
LVIIII. Si quis servus hominem ingenuum occisserit.
LX. Si quis homo ingenuus litum alienum expoliaverit.
LXI. De quadrupedis [1] pecorum, si hominem occisserit.
LXII. De vestigio minando.
LXIII. De furtis caballorum.
LXIIII. De caballo alieno extra permisso domino suo ascenso vel excortato.
LXV. De plagatoribus.
LXVI. Si quis servus alienus furatus fuerit [vel] vendiderit.


*l.* 1. tunsorato 2. ‖ *l.* 2. alteriis 3. ‖ *l.* 3. libertus ingenuios demissus 2. demissis 3. ‖ *l.* 5. aliena 2. metit 2; medit 3. ‖ *l.* 6. de] *om.* 2; messem *hic add.* 1. messem] *hic add.* 3; *om.* 1; lino 2. furaveret 2. *l.* 7. prado 2. furaverit et *om.* 2. 3. segaverit 2. ‖ *l.* 8. viniam 2. alienam] in furtum *add.* 2. vindmiaverit 2; vindemiaverit 3. ‖ *l.* 9. in — alieno] ortum alienum 2. alieno] in *add.* 3; in furtum *add.* 2. egressus 2. *Hic titulus indicis in codice* 2 *legitur ante* Siquis vineam *etc.* ‖ *l.* 10. aqua] aquam 3; de anquilis de flumen 2. ‖ *l.* 11. de *om.* 2. screonam 2; screona 3. aliquid furaverit] infregeret 2. ‖ *l.* 12. arraverit 3. et — seminavit *om.* 2. seminaverit 3. ‖ *l.* 13. aelogacionibus 2; logationibus 3. ‖ *l.* 14. dibilitatibus 2; dibeletatibus 3. ‖ *l.* 15. conviciis 3; convicies 2. ‖ *l.* 17. legaminibus 3. ‖ *l.* 18. venacionibus 2. ‖ *l.* 20. De — qui] Siquis 2. hominem 3. qui] que 3. alienam — erpicem] aliena messe erpece aut carro 2. ‖ *l.* 21. Si quis] per *add.* 2. 3. alienam *om.* 2 messe 2. expalmitante 2; expalmetantem 3. transierit] sine via semita fecerit 2. ‖ *l.* 22. per — ingenio] per mallo ingenuo 3; *om.* 2. aut] vel 2. casa] per malo ingenio *add.* 2. furto 2. 3. ‖ *l.* 23. humicidiis 2. expoliacionibus 2; expolicationibus 3. ‖ *l.* 24. alienus 3. battit 3; baptit 2. ‖ *l.* 25. ingenuum] alienum 1. occiserit 2. 3. ‖ *l.* 26. letum 2. ‖ *l.* 27. quatropedis 2. pecorum *om.* 2. se 2. occiserit 2. 3. ‖ *l.* 28. vistigio 2. menando 2. 3. ‖ *l.* 30. domini sui 2. 3. vel] aut 2. 3. excurtato 3; scurtato 2. ‖ *l.* 31. placatoribus 2. ‖ *l.* 32. vendiderit] *om.* 2. 3, *v. titulum sequentem.*

1) *Hic* homicidiis *omissum esse videtur. Verba* homicidiis pecorum *indici postea inserta sunt (v. supra p.* 4, *n.* 6*), ut pro* quadrupedis *ponerentur.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

LXVII. Si quis hominem ingenuum plagaverit.
LXVIII. Si quis servus in furtu fuerit inculpatus.
LXVIIII. De homicidiis ingenuorum.
LXX. De homicidiis in contubernio factis.
LXXI. De homicidio a contubernio facto.
LXXII. De hominem in hoste occisso.
LXXIII. De conpositione homicidii.
LXXIIII. De homine ab inimicis truncato et post interfectum.
LXXV. De homine de bargo vel de furca dimisso.
LXXVI. De expoliata ecclesia.
LXXVII. De basilica incenduta.
LXXVIII. De presbiteris vel diaconibus interfectis.
LXXVIIII. De reipusse, ut[1] solet homo mori et viduam dimiserit.
LXXX. De migrantibus.
LXXXI. De afaetumię.
LXXXII. De filtorto.
LXXXIII. De falso testimonio.
LXXXIIII. Si quis alicui fuerit inputatum, periurasset.
LXXXV. De testibus. Qui necesse testibus habuerit dare.
LXXXVI. De fides factas.
LXXXVII. De eo, qui grafionem ad res alienas iniuste invitaverit.
LXXXVIII. De rem praestata.
LXXXVIIII. De manu de enio redemenda.
XC. De eo, qui grafionem occisserit.
XCI. De eo, qui ad mallum venire contempserit.
XCII. De racimburgiis.
XCIII. De alodis.
XCIIII. De eo, qui se de parentilla tollere vult.
XCV. De aroena.
XCVI. De ereburgio.
XCVII. De eo, qui filia aliena sponsaverit et se retraxerit.
XCVIII. De eo, qui alterum in puteum aut in pelagum inpinxerit.
XCVIIII. De terra condemnata.
C. De crinecruda, que paganorum tempore observabant.

*l.* 1. plagaverit] placaverit 2; plagaverit aut 3; hoc est vindederit *add.* 2. 3. ‖ *l.* 2. inc. f. in f. 1. furtum 2; furto 3. ‖ *l.* 3. humicidiis 2. ‖ *l.* 4. humicidio 2. contuberniis 1. facto 3; factom 2. ‖ *l.* 5. humicidio ad 2. facta 2. ‖ *l.* 6. homine 2. 3. oste 2. occiss 2. 3. ‖ *l.* 7. compositione 3; conpusicione 2. homicidie 3; humicidium 2. ‖ *l.* 8. hominem 1. postea 3; pustia *corr.* postia 2. interfecto 3. *l.* 9. barga 3. vel de furca *in* 2 *post* dimisso. fur 1. demisso 2. 3. ‖ *l.* 10. *Hic titulus est LXXVII. in* 2. eclesia 2. ‖ *l.* 11. *Hic titulus est LXXVI. in* 2. incenduda basilica 2. ‖ *l.* 12. prbt 1; prbs 2; prb 3. diaconus interfectus 2. ‖ *l.* 13. reiposse 3. solit 3. moriens 2. 3. et *om.* 2. vidua 3. demiserit 2. 3. *l.* 15. affatumire 3; fatumiris 2. ‖ *l.* 16. filio torto *corr.* filo torto 1. ‖ *l.* 17. testimunio 2. ‖ *l.* 18. Si quis] Se 2. inputatum] inpotatum quod 2. 3. periurassit 3. ‖ *l.* 19. qui] que 2. necesse testibus] *e. con.;* necessitatibus 1; necessaria 2. 3. ‖ *l.* 20. fede facta 2. ‖ *l.* 21. aliena 2. iniusti 2. 3. ‖ *l.* 22. prestata 3; prestatam 2. ‖ *l.* 23. mano 2. 3. inio 3. ‖ *l.* 24. grafione 2. occiserit 2. 3. ‖ *l.* 25. mallo 3. contemserit 3. *l.* 26. recemburgiis 2; rachinburgies 3. ‖ *l.* 27. alodes 2. ‖ *l.* 30. hereburga 3; recemburgie 2. ‖ *l.* 31. filiam alienam 2. spunsaverit 2. 3. ‖ *l.* 32. pucium 2. 3. pellagum 3; pelicum 2. inpincxerit 2; inphixerit 3. *l.* 33. condempnata 2. ‖ *l.* 34. crinecruda] *ita emend.;* crimine crudę 1; crenecruda 2; chrenecruta 3. que] qui ad 2; qui a 3. pagano 2. teporae 3. observabant] *ita* 2; observabunt 1. 3. *Cod.* 1 *add.:* C. Incipiunt chunnas; *cod.* 2 *add.:* Deo gracias expliciunt capitula.

1) *Cf. Lex Burg. XXIV,* 1 *et Thesaurus linguae latinae I, p.* 905.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

# INCIPIT LEX SALICA.

## I. De manire[1].

1. Si quis ad mallum[2] legibus dominicis mannitus[3] fuerit et non venerit, si eum sunnis[4] non detenuerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Ille[5] vero, qui alium mannet et ipse non venerit, si eum sunnis non detenuerit, sol. XV cui[6] mannuit conponat.

## II.[7] De furtis porcorum.

1. Si quis porcellum lactantem de franne[8] furaverit et ei fuerit adprobatum, sol. III culpabilis iudicetur.

INCIPIT — SALICA] *ita* 1; In nomine domini nostri Iesu Christi incipiunt titulus legis Salice 2; *om.* 3.

I. *l.* 2. I] Primus titulus. I. 1. mannire 2.

1. *l.* 3. manitus 3. venuerit 2. se 2. ‖ *l.* 4. detenuerit] sunt din. DC qui faciunt *add.* 1.

2. *l.* 5. Illi 2. alio 2. 3. manit 2; manet 3. ipsi 2. se 2. ‖ *l.* 6. detenuerit] sunt din. DC qui faciunt *add.* 1. cui] ei cui 2. 3. manuit 2. 3.

II. 1. *l.* 8. purcellum 2. lactentem 2. cranne 2. furaverit] mal. chranne chalti rechalti *add.* 2; mal. chramne chalti redialti *add.* 3; malb. chrinne chulti s. d. CXX q. f. *add.* 1.

1) *De ortu ac compositione Legis Salicae v. quae supra p.* 2 *exposuimus. Tituli I c.* 1 *recensionis α et quidem a Chlodoveo adscriptum esse videtur. De capite* 2 *v. infra n.* 5. 2) *'Mallus' in lege nostra significat iudicium. Hoc verbum idem est atque got. 'maþl' = 'Versammlung, Markt', scand. 'mál' = 'Rede', anglosax. 'maeðel' = 'Versammlung', germ. 'mahal' = 'Versammlung, Vertrag'. V. Kluge, 'Etymologisches Wörterbuch der deutschen Sprache$^{7}$' p.* 167 *s. v. 'Gemahl'; Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' $I^2$, p.* 175 *sq.; Grimm, 'Deutsche Rechtsaltertümer' p.* 746; *infra p.* 20, *n.* 3 *('mallare') et p.* 47, *n.* 8 *('amallus').* 3) *'Mannire' = 'manôn, mahnen'. V. Grimm l. c. p.* 842; *Müllenhoff apud Waitz, 'Das alte Recht der salischen Franken' p.* 289. *'Mannire legibus dominicis' significat: aliquem lege dominica vel regia, id est Lege Salica, laudata in ius vocare; cf. infra tit. LXVIII,* 1 *et quae ibi annotavimus.* 4) *Legitimum impedimentum, 'echte Not'; cf. Diez, 'Etymologisches Wörterbuch der romanischen Sprachen' p.* 297: *'essoine'. V. Grimm l. c. p.* 847 *sq.; Müllenhoff l. c. p.* 293; *Brunner l. c. II, p.* 335 *sq.* 5) *Hoc caput recensionis β esse videtur.* 6) *Qui recensionem β scripsit, secundum Legem Visigothorum, qua multum usus est, putavit semper integram compositionem adversario et ideo fredum praeter eam regi solvendam esse, quod autem minime iuris Francorum erat, ut apparet ex titulo LXXXV,* 2. *Cf. Brunner $I^2$, p.* 230 *sq.; II, p.* 621 *sqq. et infra titulos XIII. XIIII,* 2. *XVIIII. XXVIII. XXXIII. LVIII. LX.* 7) *Tituli II—XI recensionis β sunt, v. supra p.* 2. 8) *Pro 'franne' in versione Germanica legis s. IX. scripta (v. infra) legitur 'stigu', quod stabulum significat; v. Graff, 'Althochdeutscher Sprachschatz' VI, p.* 624 *sq. Textus recentiores scribunt 'chranne'. Cf. infra in tit. XX: 'maflo, mafolum' et B tit. XVI,* 2: *'magalum, machalum' et in tit. XVIII,* 2: *'naufum' et B tit. LV: 'naucho, nauco'; v. Meyer-Lübke, 'Grammatik der romanischen Sprachen' I, p.* 38.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Si[1] quis porcellum furaverit, qui sine matre vivere possit, et ei fuerit adprobatum, sol. I culpabilis iudicetur excepto[2] capitale et dilatura[3].

3. Si quis bimum porcum furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

4. Si quis verrum furaverit, sol. XVIIſ culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

5. Si quis scrovam ducariam furaverit, sol. XVIIſ culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

6. Si quis maialo[4] sacrivo furaverit et ille, qui illum perdidit, cum testibus potuerit adprobare, quod sacrivos fuisset, hoc[5] est votivus, sol. XVIIſ culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

7. Si quis maiale, qui sacrivus non fuerit, furaverit, sol. XV excepto capitale et dilatura.

8. Si quis de gregem quindecim porcus furaverit, sol. XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

9. Si quis XXV[6] porcus furaverit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura. Qui lex[7] usque quinquaginta porcus excepto capitale et dilatura unum iudicium terminantur.

II. 2. *l.* 1. purcellum 2. matrem 3. possit] mal. himnes theca *add.* 2; mal. hymnis thetica *add.* 3; malb. hymnis thetica s. d. XL q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 2. sol. uno 3. delatura *semper* 3.

3. *l.* 3. furaverit] mal. inzimis suiani *add.* 2; mal. inzimus sinani *add.* 3; malb. ingismus suianni id est *add.* 1. LXV 1.

4. *l.* 5. furaverit] mal. christiano *add.* 2. 3; malb. christiano s. d. DCC q. f. *add.* 1.

5. *l.* 7. scroam 2. ducaria 2. furaverit] mal. reo dimia *add.* 2. 3; mald. reo demia s. d. DCC q. f. *add.* 1.

6. *l.* 9. maiale 3. sagrivo 2. illi 2. 3. perdidit] perdedit 3; hoc *add.* 2. 3. ‖ *l.* 10. sacrivus 3; sagrivus 2. fuisset] fuissit 3; mal. bartcho caimo *add.* 2; mal. bartcho cahimo *add.* 3; malb. bracho cahimo s. d. DCC q. f. *add.* 1.

7. *l.* 12. maialo 2. sagrivus 2; sacrivos 3. furaverit] mal. bartho sive babani *add.* 2; mal. bartho sive badiani *add.* 3; malb. bratho sive babane s. d. DC q. f. *add.* 1.

8. *l.* 14. quindecim] XII 2. furaverit] mal. taxaca *add.* 2. 3; malb. taxaca s. d. MCCCC q. f. *add.* 1.

9. *l.* 16. XV 2. furaverit] mal. sunnista *add.* 2; mal. sonnista *add.* 3; malb. sunista s. d. IIMD q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 17. Quae 3. quinquagenta 2. ‖ *l.* 18. unum] omnium 1; uno 3. iudicio 3. terminentur 2.

1) *Hoc caput recensionis γ est.* 2) *Verba* excepto — dilatura *semper recensionis γ sunt, sed* capitale, *quod damnum significat, iam in recensione β legebatur, v. infra X et alias.* 3) *Dilatura* = *'Verzugsbusse'; cf. Grimm apud Merkel, Lex Salica p. LXXXV sq. In versione Germanica pro dilatura scribitur 'wirđjūn'* = *'Weigerungsbusse'; v. Brunner l. c. II, p.* 624, *n.* 2. 4) *Maialis* = *verris castratus; cf. Schramm, 'Sprachliches zur Lex Salica (Marburger Beiträge zur Romanischen Philologie' III) p.* 57 *sq., ubi de aliorum quoque animalium in lege nostra memoratorum nominibus tractatur.* 5) *Verba* hoc — votivus *et c.* 7 *recensionis γ esse puto. Ab hominibus piis pecora quaedam vovebantur, quae 'votiva' dicebantur et 'sub ditione basilicae erant' et, ubi necessitas institit, basilicae dabantur; v. quae annotat editor ad Gregor. Turon., De virtutibus S. Iuliani c.* 31; *MG. SS. rerum Merovingicarum I,* 577. 6) *Viginti quinque porci (cum verre et 'scrofa ducaria') vel duodecem vaccae (cum tauro 'grege regente') vel nonnullae equae (cum admissario; numerus non constat equarum, v. infra LXII,* 3 *et ibidem p.* 33, *n.* 7) *vel quadraginta oves (cum ariete) efficiunt gregem. Cf. tit. III,* 4. 5. *IIII,* 4. *V. etiam Lex Ribuaria XVIII,* 1; *Lex Alamannorum LXVII. LXVIII. LXXII. LXXIII; Inama-Sternegg, 'Deutsche Wirtschaftsgeschichte' I², p.* 50. 115. 7) *Verba* Qui lex *usque ad* terminantur *recensionis γ esse videntur.*



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## III. De furtis animalium[1].

1. Si quis vitulum lactantem furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis anniculum usque ad bimatum furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si quis bovem aut vacam furaverit, sol. XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

4. Si quis taurum grege regente furaverit, hoc[2] est trespellium[3], qui de tres villas[4] communes vacas tenuerit et numquam iunctus fuisset, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

5. Si quis XII animalia furaverit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur excepto[5] capitale et dilatura et usque ad XXV unum iudicium terminantur.

## IIII. De furtis ovium.

1. Si quis agnum furaverit, den. VII. culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis anniculum vel bimum vervicem[6] furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Certe si duos aut tres furaverit, sol. XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura. Qui numerus usque ad XL vervices convenit observare.

4. Si quis vervices XL aut amplius furaverit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

III] II 1. 3. 1. *l.* 2. lactentem 2. furaverit] mal. podor aut friocho *add.* 2; mal. pordor aut friocho *add.* 3; malb. podor aut fricho s. d. CXX q. f. *add.* 1.

2. *l.* 4. anniculam *corr.* anniculum 3; annuculum 2. furaverit] mal. thinzimus podor *add.* 2; mal. thinzimus pordorsum *add.* 3; malb. thinzimus podor s. d. DC q. f. *add.* 1.

3. *l.* 6. vaca 2; vaccam 3. furaverit] mal. podor *add.* 2. 3; malb. podor s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. XV 2.

4. *l.* 8. gregem 2. 3. regentem 2. 3. trispellium 3; trispilium 2. que 2. tris 2. ‖ *l.* 9. comunes 2; cummunis 3. vaccas 3. tenueret 2. fuisset] fuissit 3; mal. chegmeneteo *add.* 2. 3; malb. chegmeneceo s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

5. *l.* 11. furaverit] mal. sonesta *add.* 2; mal. sonista *add.* 3, malb. sonista s. d. IIMD q. f. *add.* 1. *l.* 12. ad *om.* 2. XX 1; XXXV 2. terminentur 2.

IIII] III 3. 1. *l.* 14. furaverit] mal. leve *add.* 2. 3; malb. leve *add.* 1. din. 3; dinarius 2. VII] qui faciunt *add.* 1.

2. *l.* 16. annuculum 2. 3. binum 2. verbecem 2. furaverit] mal. inzimis *add.* 2; mal. inzimus *add.* 3; malb. ingzimus s. d. CXX q. f. *add.* 1.

3. *l.* 18. se 2. 3. tris 2. furaverit] furaveret 3; mal. fetus cetho *add.* 2; mal. fetus chetho *add.* 3; malb. fretus chaeto s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 19. ad *om.* 2. quadraginta 3; quadragenta 2. vervices *om.* 2. convenit] sonvinit 2. observare] obrevare 2.

4. *l.* 20. quinquaginta vervices 3; quinquagenta verbicis 2. furaverit] mal. feto *add.* 2; mal. feto *add.* 3; malb. fretho s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

1) *Hoc verbum in Lege Salica sicut in antiqua Francogallica lingua boves solummodo significat; v. Schramm l. c. p.* 53 *sqq.* 2) *Verba* hoc est — fuisset *recensionis γ esse videntur. Cf. etiam Lex Alamann. B. LXXV.* 3) *'Trespellius' = triplus; cf. Grimm apud Merkel l. c. p. LXIII et Kern apud Hessels, Lex Salica, 'Notes'* § 260. 4) *Villa = vicus. V. infra p.* 18, *n.* 10. *Aliter v. Inama l. c. p.* 50. 5) *Verba* excepto — terminantur *recensionis γ sunt; v. supra II,* 9. 6) *vervex = 'Schaf', francogall. 'brebis'; cf. Diez l. c. p.* 48 *et Schramm l. c. p.* 62.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## V. De furtis caprarum.

1. Si quis tres capras furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis super tres capras furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

## VI. De furtis canum.

1. Si quis[1] seusum magistrum[2] furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis veltrum[3] agutario[4] furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si quis canem pastoralem furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

## VII. De furtis avium.

1. Si quis[5] acceptorem de arbore[6] furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis acceptorem de pertica furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si quis acceptorem deintro clave furaverit, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

4. Si quis spervario furaverit, sol. VI culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

V. *l.* 1. fur 3. cabrarum 2.

1. *l.* 2. tris 2. cabras 2. furaverit] mal. aper *add.* 2; mal. haper *add.* 3; mal. aper s. d. CXX q. f. *add.* 1.

2. *l.* 4. quis *om.* 2. 3. tris 2. cabras 2. furaverit] mal. chanchurda *add.* 2. 3; malb. chanchus s. d. DC q. f. *add.* 1.

VI. 1. *l.* 7. siusum 2; seusium 3. furaverit] mal. phuuuichus cornutum nechana *add.* 2; mal. fhuuuichuus curnutu nechana *add.* 3; malb. fluuuicushus cornutu nechanna s. d. DC q. f. *add.* 1. sol. XII 3.

2. *l.* 9. uueltrum 2. agatario 1; acutarium 2. furaverit] mal. chunovano *add.* 2. 3; malb. chunabana s. d. DC q. f. *add.* 1.

3. *l.* 11. pasturalem. furaverit] vel occiserit *add.* 2; aut occiserit *alio atramento super lineam add.* 3; *deinde* mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardo s. d. CXX q. f. *add.* 1.

VII. 1. *l.* 14. aceptorem 3. mal. hocticla *add.* 2. 3; malb. hocticla s. d. CXX q. f. *add.* 1.

2. *l.* 16. aceptorem 3. furaverit] aut occiserit *alio atramento add., sed postea del. cod.* 3; mal. veganus antete *add.* 2. 3; malb. veganus antete s. d. DC q. f. *add.* 1. sol. XII 3.

3. *l.* 18. clavem 2. 3. furaverit] mal. orthofugia *add.* 2; mal. ortofugia *add.* 3; malb. ortofugia s. d. MDCCC q. f. *add.* 1. sol. LXV 3.

4. *l.* 20. sprevario 1; isparvario 3; sparvarium 2. furaverit] mal. sundulino *add.* 2; mal. sondolino *add.* 3; malb. sundelino s. d. CCXL q. f. *add.* 1. VI] III 2. 3.

1) *Cum hoc capite cf. Lex Burgundionum XCVII et Lex Baiuwariorum XX, quae his locis antiquiore Legis Salicae forma nituntur. Auctorem Legis Baiuwariorum hic et in sequentibus titulis ex illa fonte hausisse iam monuit E. von Schwind, 'Kritische Studien zur Lex Baiuvariorum II; Neues Archiv' XXXIII,* 644. 2) *'Seusus magister' est canis doctus de Segusia seu de Segusiavis, Galliae civitatibus, oriundus, cf. Schramm l. c. p.* 50 *sq. (aliam opinionem profert Müllenhoff l. c. p.* 293*).* 3) *Vox gallica = 'schnelllaufend'; cf. Schramm l. c. p.* 51 *sq.; Diez l. c. p.* 339. 4) *'Agutarius', rectius 'acutarius' = actuarius; cf. Thesaurus linguae latinae I, p.* 448*; Schramm l. c. p.* 52. 5) *Cum hoc titulo cf. Lex Burg. XCVIII, Lex Baiuw. XXI, Ed. Rothari* 317, *quorum auctores antiquiorem Legis Salicae formam adhibuerunt. De nominibus avium v. Schramm l. c. p.* 62 *sqq.* 6) *Cf. infra p.* 15, *n.* 6.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

5. Si quis ansera domestica aut aneta furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

6. Si quis coccum aut gallina furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

7. Si quis grui aut cicenum domesticum furaverit, sol. III culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

8. Si quis aucellum de trapa[1] furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## VIII. De furtis arborum.

1. Si quis[2] pomario[3] domestico capulaverit[4] aut involaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

2. Si quis pomario domestico intus in curte aut in horto vel vinea capulaverit aut furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

3. Si quis in silva materium[5] alienum capulaverit aut furaverit aut incenderit, sol. XV culpabilis iudicetur[6].

4. Si quis in silva alterius ligna[7] furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## VIIII. De furtis apium.

1. Si quis apem deintro clavem furaverit aut amplius, si tectus super eas fuerit, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

VII. 5. *l.* 1. *Hoc caput om.* 2. aut] au 1. aneda 3. furaverit] mal. sondolino *add.* 3; malb. sundelino s. d. CXX q. f. *add.* 1.

6. *l.* 3. *Hoc caput om.* 1. cocco 2. galina 2. furaverit] mal. cannas vivido et solamphinam *add.* 2; annas uuido et solampinam *add.* 3.

7. *l.* 5. grivo 2. cecino 2; cicino 3. domestico 2. 3. furaverit] mal. ortifucla *add.* 2. 3; malb. hortifuda s. d. CXX q. f. *add.* 1.

8. *l.* 7. aucello 2. trappa 2. 3. furaverit] mal. hacfala *add.* 2; mal. acfalla *add.* 3; malb. hacfalla s. d. DC q. f. *add.* 1. iudicetur] excepto capitale et dilatura *add.* 1 *solus.*

VIII. *l.* 8. arborem 3.

1. *l.* 9. pummario 2. cappollaverit 3. involaverit] s. d. CXX q. f. *add.* 1.

2. *l.* 11. pummario 2. intus in] in 2; intus 3. orto 2. 3. vel] in *add.* 2. 3. vinia 2. cappulaverit 3. ‖ *l.* 12. furaverit] involaverit 2. 3; s. d. DC q. f. *add.* 1. iudicetur] exc. cap. et dil. *add.* 2. 3.

3. *l.* 13. aut furaverit *om.* 2. furaverit] involaverit 3. incenderet 2; mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardi s. d. DC q. f. *add.* 1.

4. *l.* 15. furaverit] involaveret 2; mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leodardi s. d. DC q. f. *add.* 1.

VIIII. *l.* 16. abium 2.

1. *l.* 17. abem 2. intro 3. si tectus] sedatus 3. se 2. eos 3. ‖ *l.* 18. fuerit] mal. antedio holecardo *vdd.* 2; mal. antedio holecharde *add.* 3; malb. antedeo elecharde s. d. MDCCC q. f. *add.* 1. XV *corr.* XLV 3.

1) *Id est de decipula, francogall. 'trappe' (cf. 'attrapper'); v. Diez l. c. p.* 325. 2) *In titulis VIII—X scribendis auctor recensionis β antiquissimam Legem Visigotorum (Codicem Euricianum) adhibuit; cf. Lex Vis. VIII,* 3, 1: Si quis inscio domino alienam arborem inciderit: si pomifera est . . si oliva . . si glandifera . . si vero alterius generis sunt . . quia, licet non habeat fructum, ad multa tamen commoda utilitatis preparant usum; *cf. Lex Baiuw. XXII,* 1. 2, *cuius auctor hic et Legis Salicae antiquiore forma et Codice Euriciano usus est. V. praeterea Lex Burg. XXVIII,* 2; *Ed. Roth.* 300—302. 3) *Id est arborem, non hortum pomiferum.* 4) capulare = *incidere; v. infra p.* 20, *n.* 9. 5) *Id ęst arborem, qui fructum non habet.* 6) *Cf. etiam cum hoc capite Lex Baiuw. XII,* 11. 7) *Cf. Lex Vis. VIII,* 3. 8: Si quis aliquem comprehenderit, dum de silva sua cum vehiculo vadit et circulos ad cupas aut quecumque ligna . . asportare presumat . .

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Si quis[1] unum vasum ad apis aut amplius foras tectum furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## X. De damno in messe vel in qualibet clausura.

1. Si quis[2] animal aut caballum vel quemlibet pecus in messe sua invenerit, paenitus vastare[3] non debet. Quod si fecerit et confessus fuerit, capitale[4] in loco restituat, ipsum vero debilem ad se reteneat. Si vero confessus non fuerit et ei fuerit adprobatum, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

2. Si quis animal aut caballum puncxerit[5] vel[6] iumentum, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si quis[7] in messe sua pecora aliena invenerit, qui pastorem non habent, et eas inclauserit, ut nulli paenitus innotescat, et[8] aliquid ex ipsis pecoribus perierint, sol. XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

VIIII. 2. *l.* 1. ad] aput 2; ab 3. abes 2. furaverit] mal. taxaca abgrates *add.* 2; mal. taxaca abchratis *add.* 3; malb. taxaca abchratis s. d. DC q. f. *add.* 1. || *l.* 2 iudicetur] excepto — dilatura *add.* 2. 3.

X. *l.* 3. damnum 2. qualibit 2. 3. clausura] inlatum fuerit *add.* 3.

1. *l.* 4. quemlibit 3. messem 2; messa 3. suam 2. inveniret 2. || *l.* 5. paenitus] penitus eum 2. 3. debit 2. capital 2. locum 2. || *l.* 6. vero] verum 2. dibilem 3; dibilium 2. reteneat] reteniat 2; teniat 3; quem percussit *add.* 3; quem percusset *add.* 2. Se 2. || *l.* 7. adprobatum] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardi s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 8. punxerit 3. *Hoc verbum praebent* 2. 3 *post* iumentum, *deinde add.* mal. trachlagia; malb. thradiligia s. d. DC q. f. *add.* 1 *post* iumentum.

3. *l.* 10. messem 2. suam 2. inveniret 2; invenirit 3. || *l.* 11. incluserit 2. ut] et 2. penitus 2. 3. innotiscat 2. 3. perierint] perierent 2. 3; mal. taxaca *add.* 2. 3; malb. taxaca s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. || *l.* 12. sol. XV 1.

1) *Cf. Lex Vis. VIII, 6, ubi autem alio modo de apibus agitur, v. etiam Lex Baiuw. XXII, 8 sqq. Ex antiquiore Legis Salicae forma hausit Rothari in Ed. c.* 318. 2) *In hoc titulo auctor recensionis β Codice Euriciano usus esse videtur. Eundem Codicem etiam auctores Legum Burgundionum et Baiuwariorum et Codicem a Leovigildo revisum auctor Edicti Langobardorum adhibuerunt; v. Brunner l. c. I², p.* 438, *n.* 49; *p.* 531 *sq. Cum c.* 1 *cf. Lex Vis. VIII,* 3, 13: Si quis c a b a l l u m a u t p e c u s alienum in vinea, m e s s e, prato vel orto i n v e n e r i t, non expellat iratus, ne . . evertat . . Et si pecora . . everterit, domino pecorum damnum . . restituat et sibi que d e b i l i tabit aut occidit usurpet; *VIII,* 4, 7: illum d e b i l i t a t u m . . sibi o b t i n e a t; *VI,* 4, 9: illum v e r o d e b i l e m *(scil. servum)* . . r e t i n e a t. *Cf. etiam Lex Baiuw. XIV,* 3—5, *ubi antiquior forma legis nostrae exscripta esse videtur.* 3) *Cf. ital. 'guastare', francogall. 'gâter' = 'beschädigen'; cf. Diez l. c. p.* 178 *sq.* 4) *Cf. supra p.* 9, *n.* 1; in loco = *statim.* 5) *Cf. Diez l. c. p.* 258 *s. v. 'punzar' = 'stechen'. V. Lex Vis. VIII,* 3, 17: Si labia pecoribus vel aures, qui in fructibus suis conprehenderit, i n c i d e r i t . . 6) *Verba* vel iumentum *recensionis γ esse videntur.* 7) *Cf. Lex Vis. VIII,* 3, 15: Siquis in vineam suam, m e s s e, prato vel orto iumenta vel p e c o r a i n v e n e r i t aut prenderit, statim domino pecodum . . nuntiaturus i n c l u d a t . . *v. ibid. l.* 22; *Lex Baiuw. XIV,* 17: Si quamvis in damnum eum *(scil. animal)* i n v e n e r i t, r e c l u d a t eum, donec domino eius ostendat damnum; *Ed. Roth.* 343: Si quis caballum alienum aut quodlibet peculium damnum facientem i n v e n e r i t, ipsumque in curte i n c l a u s e r i t et . . omnibus i n n o t e s c a t . ., *ubi etiam antiquior forma legis nostrae adhibita esse videtur. V. etiam Lex Burg. XXIII,* 4. 5. 8) *Verba* et — perierint *recensionis γ sunt.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

4. Si quis animal vel quemlibet pecus per sua neglegentia nocuerit et hoc dominus ei[1] confessus fuerit, capitale in loco restituat. Si vero negaverit et ei fuerit adprobatum, sol. XV excepto capitale et dilatura.

5. Si quis alicui[2] porci aut quolibet pecora custodiente pastore in messe aliena incurrerent et illo negante, si ei fuerit adprobatum, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

6. Si quis pecora de damno inclausa fuerint, damno ęstimato reddat et insuper den. X solvat.

7. Si vero[3] per inimicitia aut per superbia pecora de damno cuius messe vastaverint aut inclausa fuerint, expellere aut excutere, dum ad domum illius minaverunt[4], presumpserit[5], sol. XV culpabilis iudicetur.

8. Si quis saepem alienam aperuerit[6] et in messe aut in quolibet labore pecora misserit, si convictus cum testibus fuerit, ei, cui labor est, damno aestimato reddat et insuper sol. XXX culpabilis iudicetur.

X. 4. *l.* 1. quelibet 3. neclegentia 3; necliencia 2. noguerit 3. ‖ *l.* 2. locum 2. negaveret 2. *l.* 3. adprobatum] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardi s. d. DC q. f. *add.* 1.

5. *l.* 4. pecara 2. costodiente 3; costodienti 2. ‖ *l.* 5. incocurrerent 2; incucurrerint 3. illum 3. negantem 3. ei] o *corr.* e 1. adprobatum] mal. andesito *add.* 2. 3; malb. andesito s. d. DC q. f. *add.* 1.

6. *l.* 7. damnis 2; damnum 3. inclausis 3. fuerent 2. ęstimato] stimato 2; stemato 3. redat 2. ‖ *l.* 8. den. X] X dinarius 2; X din. 3.

7. *l.* 9. vero] aut *add.* 2. 3. inimicicia 2. 3. superbiam 3. de *om.* 2. damnum 2. ‖ *l.* 10. vastaverit 1; vastaverent 2; vastaverunt 3. inclausas 2. 3. fuerent 2. excudere 2. damnum *corr.* domum 1; modum 2. illi 2. ‖ *l.* 11. minaverent 2; menaverunt 3. presumpserit] presumpseret 2; mal. scuto *add.* 2; mal. hischoto *add.* 3; malb. chisto s. d. DC q. f. *add.* 1.

8. *l.* 12. sepem 2; sepe 3. messem 2. qualibet 2. 3. laborem 2. ‖ *l.* 13. miserit 2. 3. se 2. 3. convictus] eum vinctum 2. cum *om.* 3. cui] cuius 3. damnum 2. 3. stimatum 3; stimacionem 2. *l.* 14. redat 2. insuper] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardi s. d. MCC q. f. *add.* 1.

1) *Verba* dominus ei *recensionis γ esse puto.* 2) *Verba* alicui — quolibet *recensionis γ esse videntur.* 3) *In hoc capite et verba* cuius *(= alicuius)* messe vastaverint aut *(= et) et verbum* fuerint *recensionis γ esse videntur. Loco verborum* illius minaverunt *quondam verisimiliter legebatur* minantur, *v. etiam n.* 5. 4) *Cf. francogall. 'mener', v. Diez l. c. p.* 209. 5) *Cum hoc capite cf. Lex Vis. VIII,* 3, 14: Si expellentibus de fructibus p e c o r a quisquam e x c u t i a t vel de c l a u s u r a furto aut violentia tollat. Si quis expellenti de fructibus p e c o r a e x c u s s e r i t . . Quod si de domo aut c l a u s a involaverit aut per violentia tulerit . . *Ed. Roth.* 346: Si quis p e c u l i u m d e d a m n o a d c l a u s u r a m i n a v e r i t et ille, cuius peculius est, antesteterit . .; *Lex Burg. XXIII,* 1, 3: Quicumque animal de messe vel d e quolibet d a m n o i n c l u s e r i t et . . is, cuius animal est, de curte per vim tulerit . . Quod si animalia, d u m d e d a m n o a d c l u s u r a m m i n a n t u r, de campo aut de quocumque loco ille, cuius sunt, tollere praesumpserit. *In his duabus legibus etiam antiquior forma nostrae legis adhibita esse videtur, ita quoque in L. Burg. XXVII,* 4 *(v. n.* 6*).* 6) *Cf. Lex Burg. XXVII,* 4: Si quis s e p e m a l i e n a m a p e r u e r i t *(v. n.* 5*)* et caballos suos aut animalia i n m e s s e m aut in pratum voluntarius m i s e r i t . .; *Lex Vis. VIII,* 3, 10: Qui iumenta vel boves aut quecumque p e c o r a volumtarie in vineam vel m e s s e m m i s e r i t alienam, d a m n u m, quod fuerit e s t i m a t u m, cogatur exolvere *(et multam); Ed. Roth.* 344: Si quis caballus aut armenta asto animo i n m e s s e aliena aut in prato vel in quolibet damnum m i s e r i t . .

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XI. De servis vel mancipiis furatis.

1. Si quis[1] servum aut ancillam furaverit et ei fuerit adprobatum, sol. XXXV culpabilis iudicetur.

2. Si quis[2] servum perdiderit aut ancilla valentes sol. XXV furaverit, si porcario, si venatore, si fabro, si carpentario, si stratore valente sold. XXV furaverit aut occisserit, sol. LX culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si[3] quis servus aut ancilla ad hominem ingenuum de res domini sui aliquid deportaverit de[4] taxaca[5], qui hoc recepit sol. XV culpabilis iudicetur.

4. Si quis homo ingenuus servum alienum in[6] taxaica secum involare duxerit aut aliquid cum ipso in taxaica negotiat, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XII. De furtis ingenuorum vel effracturis.

1. Si quis[7] homo ingenuus de foris casa quod valent duo denarii furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si vero foris casa quod valent XL denarii furaverit, sol. XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si vero homo ingenuus aliquid deintus casa furaverit aut clavem infrigerit aut adulteraverit aut exinde aliquid in furtum portaverit, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

XI. 1. *l.* 2. servum] alienum *add.* 2. ancilla 2. adprobatum] mal. theustaxaca *add.* 2; mal. theostaxaca *add.* 3; malb. theos taxaca s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. XXX 2. 3. iudicetur] excepto — dilatura *add.* 2. 3.

2. *l.* 4. perdiderit *om.* 2. 3. ancillam 3. furaverit] perdedirit 2; perdiderit 3. se *(in sequentibus quoque)* 2. 3. portario 1. ‖ *l.* 5. valentes 2; vadentes 3. XXX 1. ‖ *l.* 6. occisserit] occiserit 2. 3; mal. thro thaxaca *add.* 2; mal. theachro taxaca *add.* 3; malb. theachro taxaca s. d. MCCCC q. f. *add.* 1.

3. *l.* 7. servum 2. ancillas 3. homine ingenuo 2. 3. ‖ *l.* 8. de] in 2. 3. recepit] recipit 2. 3; mal. teobardo *add.* 2; mal. theobardo *add.* 3; malb. theobardo s. d. DC q. f. *add.* 1.

4. *l.* 9. quis *om.* 2. 3. taxaca 2. 3. ‖ *l.* 10. taxaca 2. 3. negotiat] neguciat 2. 3; mal. theolasina *add.* 2. 3; malb. theolasina s. d. DC q. f. *add.* 1.

XII. *l.* 11. effractoris 2; efracturis 3.

1. *l.* 12. homo *om.* 2. 3. ingenuos 2. foras 2. dui 2; duo *corr.* duos 3. den. 1; dinarii 2 din. 3. furaverit] mal. taxaca *add.* 2. 3; malb. taxaca s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 14. Se 2. foras 2. LX 3. den. 1; dinarii 2; din. 3. mal. taxaca *add.* 2. 3; mab. taxaca s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. XXX 2. 3.

3. *l.* 16. homo *om.* 2. 3. ingenuos 2. aliquit 2. infregerit 2. ‖ *l.* 17. aut] *intellige: 'et'.* exinde aliquid] aliquid exinde 2. furtum] exinde *add.* 3. portaverit] mal. norchlot *add.* 2; mal. anthedio *add.* 3; malb. antheoco s. d. MDCCC q. f. *add.* 1. sol. — portaverit *(in c.* 4*) om.* 2.

1) *De mancipiis furatis v. etiam infra tit. LXIIII. LXV.* 2) *In hoc capite verba* servum — furaverit si *et in l.* 5 *verba* si *recensionis γ esse videntur. Cf. cum c.* 2 *infra tit. LVI,* 1. 3) *Cum cc.* 3 *et* 4 *cf. Lex Vis. VII,* 2, 3. 4. 4) *Verba* de taxaca *recensionis γ esse videntur.* 5) *Hoc verbum furtum significans derivatur a germ. 'zascôn' = rapere; v. Grimm apud Merkel, Lex Salica p. VIII; Diez l. c. p.* 317; *Brunner l. c. II, p.* 508, *n.* 86. *Aliter van Helten in Paul-Braune, 'Beiträge zur Geschichte der deutschen Sprache' XXV,* 274. 6) *Verba* in taxaica *et* aut — negotiat *recensionis γ esse videntur.* 7) *Hoc titulo recensio α incepit, sed cc.* 2—4 *et in c.* 1 *verba* de foris casa *(cf. supra in tit. I,* 1 de franne, *quae verba etiam ad sequentia spectant usque ad tit. VI; VII,* 1—3 de arbore *etc.,* 8 de trapa; *VIIII,* 1 deintro clavem; *infra XIIII,* 1 de casa aut de screona*) et in c.* 2 foris casa *recensionis β esse videntur, cuius etiam inscriptiones titulorum sunt; v. supra p.* 2.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

4. Si quis clavem effrigerit et nihil exinde portaverit, sol. XXX culpabilis iudicetur.

## XIII. De furtis servorum.

1. Si[1] quis servus de foris casa quod valent duo denarii furaverit, excepto capitale et dilatura, aut flagellus CXX ictos accipiat aut pro dorso suo sol. III culpabilis iudicetur.

2. Si vero furaverit quod valent XL denarii, aut castretur aut sol. VI reddat. Dominus vero servi, qui furtum fecit, capitale in loco restituat.

## XIIII. De rapto ingenuorum.

1. Si quis[2] tres[3] homines ingenua puella de casa aut de screona[4] rapuerint, sol. XXX culpabilis iudicetur. Qui super tres fuerint, sol. V[5] conponant. Illi vero, qui cum sagittas fuerint, ternos sol. conponere faciant. Raptor vero sol. LXII∫ culpabilis iudicetur.

2. Si vero puella in verbo[6] regis fuerit, qui trahitur, fredus[7] exinde LXII∫ sol. cogatur exsolvere.

3. Si vero puer[8] regis vel litos ingenua femina traxerit, tunc de vita conponat.

XII. 4. *l.* 1. efrigerit 3. portaverit] deportaverit 3; mal. norchot *add.* 3; malb. norchlot s. d. MCCC *add.* 1. XXXV 1.

XIII. *l.* 3. curtis 3. servorum] vel effractoris *add.* 2; vel efracturis *add.* 3.

1. *l.* 4. foras 2; furis 3. valet 3. dui 2; duos 3. den. 1; dinarii 2; din. 3. ‖ *l.* 5. ictus 2. 3. dorsum 2. suo] suum 2; XCC d. q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 6. culpabilis iudicetur] solvat 3.

2. *l.* 7. valet 3. den. 1; dinarii 2; din. 3. CCXL d. q. f. *ante* sol. *add.* 1. VI sol. redat 2. *l.* 8. Domnus 2. 3. servo 2. facit 2. capitalem 3. locum 2. 3.

XIIII. *l.* 9. raptum 2. vel mulierum *add.* 2. 3.

1. *l.* 10. Siq̄ 2. tris 2. hominis 2. 3. escreuna 3. rapuerint] rapuerent 2; mal. anthonius *add.* 2; mal. antonio *add.* 3; malb. antonio s. d. MCCC q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 11. Qui] se 2. tris 2. fuerint] ducentinos den. q. f. *add.* 1. soled. 2. conponant] unusquisque eorum culpabilis iudicetur 1. Ille 3. ‖ *l.* 12. fuerent 2. ternus 2. 3. faciant] unusquisque eorum *add.* 1. Raptur 2. vero] IIMD den. q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 13. culpabilis iudicetur] cogatur exsolvere 1.

2. *l.* 14. *Hoc caput om.* 1. trahitur] *ita conieci;* tragitur 2; traetur 3. ‖ *l.* 15. sol. *om.* 2.

3. *l.* 16. regi 2. 3. ve 3. litus 3; letus 2. tunc *om.* 2. 3.

1) *Titulus XIII recensionis β esse videtur praeter verba* excepto — dilatura *recensioni γ attribuenda; v. supra p.* 9, *n.* 1. *Cf. Lex Vis. VII,* 2, 14 *et supra XI,* 3. 4. 2) *De eis, quae in hoc titulo leguntur, recensio α nihil praebuisse videtur nisi haec:* Si quis homo ingenuus ingenua puella rapuerit, sol. LXII∫ culpabilis iudicetur. *Cetera recensionis β sunt praeter verba capitis* 1 tres homines; rapuerint; sol. XXX — vero *(l.* 12*) et c.* 4 quicumque de illis *et c.* 6 ducti — ipsam *et c.* 9 sponsata — partes *ab auctore recensionis γ inserta.* 3) *Cf. infra tit. LXVIIII et LXX et quae ibi p.* 39 *annotabimus.* 4) *Conclave subterraneum, ubi feminae commorari solebant; v. Diez l. c. p.* 574*; Müllenhoff apud Waitz l. c. p.* 292. *Cf. etiam quae scribit Tacitus de his specibus in libri de Germania c. XVI.* 5) *Fortasse corrigendum est:* sol. XV; *v. infra LXX,* 3. 6) *Id est in banno seu sub tutela regis, v. Brunner l. c.* $I^2$, *p.* 93, *n.* 6*; p.* 200 *sq. II, p.* 37, *n.* 21*; p.* 48 *sqq.* 7) *Poena pro pace turbata regi solvenda, 'Friedensgeld'; cf. Grimm, 'Rechtsaltertümer' p.* 656*; Brunner l. c.* $I^2$, *p.* 230 *sq. II, p.* 621 *sqq.; supra p.* 8, *n.* 6. 8) *De pueris regis v. Brunner l. c.* $I^2$, *p.* 374 *sq.; de litis ibidem p.* 147 *sqq. et Grimm l. c. p.* 306.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

4. Si vero[1] ingenua femina quicumque de illis sua voluntate secuta fuerit, ingenuitate sua perdat.

5. Si quis[2] sponsam alienam tullerit et sibi in coniugium sociaverit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

6. Si quis puella desponsata dructi[3] ducente ad maritum aliquis eam in viam adsallierit[4] et ipsam violenter mechatus fuerit, sol. CC culpabilis iudicetur.

7. Si quis ingenuus ancilla aliena in coniugio sociaverit, ipsi cum ea in servitio implicetur.

8. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, sol. CC culpabilis iudicetur.

9. Si quis cum ingenua puella per virtute mechatus fuerit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

10. Si quis cum ingenua puella sponsata ambo partes conveniret et in occulto mechati fuerint, sol. XLV culpabilis iudicetur.

## XV. De superventis vel expoliationibus.

1. Si quis hominem ingenuum in[5] supervento expoliaverit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

XIIII. 4. *l.* 1. volumptate 2. *l.* 18. ingenuetate 2; ingenuitatem 3. suam 3.

5. *l.* 3. spunsam 3; spunsa 2. aliena 2. 3. coiudium 2. sociaverit] mal. andratho *add.* 2; mal. andrateo *add.* 3; malb. andratheo s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

6. *l.* 5. puelle 2. dispunsata 2. 3. dructu 2. ducenti 3. marito 2. via 2. || *l.* 6. adsalirit 2. ipsa 2. 3. michatus 3; migatus 2. fuerit] mal. gaugecaldo *add.* 2; mal. gaugechaldo *add.* 3; malb. gaugechaldo s. d. VIIIM q. f. *add.* 1.

7. *l.* 7. ingenuos 2. aliena] priserit *add.* 3; preserit *add.* 2. coniugio] coiugium 2. sociaverit] mal. bonimo 2. 3; malb. bonimo *add.* 1. eam 2. || *l.* 8. inplicetur 3; inplecetur 2.

8. *l.* 9. *Hic incipit in codice* 2 *novus titulus.* XV. De his qui alterius muliere tollit vivo marito. tullerit 2. 3. marito] mal. abthega in alia mente abhacto velenthemo *add.* 2; mal. abteca in alimentae abhatto veelentemo *add.* 3; malb. abteca malia mente abhato velentemo *add.* 1.

9. *l.* 10. *Hoc caput om.* 1. mechatus] *ita con.;* michatus 3; migatus 2. fuerit] mal. verouhano *add.* 2; mal. veromanum *add.* 3.

10. *l.* 12. spunsata 3; spunsada 2. partis 2. 3. convinerit 3; conveneret 2. oculto 3; ocultu 2. || *l.* 13. michati 3; migati 2. fuerint] fuerent 2; mal. fribafina *add.* 2; mal. fribasina *add.* 3; malb. frila fina s. d. MDCCC q. f. *add.* 1. sol. LXV 3.

XV. *l.* 14. XV.] XVI. 2. expoliationibus] expoliacionibus 2. 3; qui hominem ingenuum expoliat *add.* 2.

1. *l.* 15. superventi 2. 3. expoliaverit] mal. mosido *add.* 2. 3; malb. musido s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

1) *Cf. cum cc.* 2 *et* 3 *et cum c.* 7 *Lex Vis. III,* 2, 3: Si mulier ingenua servo alieno sive regis se matrimonio sociaverit *(v. etiam L. Sal. c. 5)* sive etiam per adulterium iungere presumserit . . sit ancilla domino eius servi. Filii tamen . . in servitio permaneant. Ipsam autem legem precipimus custodire et de viris ingenuis, qui regias ancillas vel etiam cuiuscumque habuerint copulatas . .; *v. etiam infra L. Sal. XXXV,* 2: Si quis cum ancilla regis mechatus fuerit . . *Cum cc.* 4. 5. 8 *cf. Ed. Roth. cc.* 190. 193. 211. 2) *Capita* 8. 5. 6. 9. 10 *quondam proprium titulum:* De eo qui uxorem alienam tollit vivo marito *effecisse videntur (v. supra p.* 5, *n.* 1*).* 3) *'Druht' seu 'truht' significat hoc loco comitatum nuptialem; v. Grimm apud Merkel l. c. p. IX; Kern l. c. §§* 83 *et* 217*; Brunner l. c. II, p.* 583 *sq.* 4) *Francogall. 'assaillir'; v. etiam Brunner l. c. p.* 649. *Cf. infra tit. XVI.* 5) *In c.* 1 *verba* in supervento *recensionis β sunt.*



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Si quis Romanus[1] homo barbaro[2] expoliaverit, sol. LXII*f* culpabilis iudicetur.

3. Si quis Francus homo Romano expoliaverit, sol. XXX culpabilis iudicetur[3].

4. Si quis homo, qui alicubi migrare[4] disponit et de rege habet cartas et se[5] habundivit[6] in mallo publico et aliquis extra ordinatione regis testare[7] aut adsallire[8] eum presumpserit, sol. CC culpabilis iudicetur.

5. Si quis[9] hominem ingenuum dormientem expoliaverit, sol. C culpabilis iudicetur.

## XVI. De eo qui alterius villam adsallit.

1. Si quis villam[10] alienam[11] adsallierit[12], sol. XXX culpabilis iudicetur.

2. Si quis villam alienam adsallierit et hostia[13] frigerit et canes occisserit aut homines placaverit aut exinde in carro aliquid duxerit, sol. CC culpabilis iudicetur.

XV. 2. *l.* 1. Si] Se 2; quis *om.* 2. 3. expoliaverit] mal. mosido *add.* 2. 3; malb. musido s. d. IIMD q. f. *add.* 1.
3. *l.* 3. Si] Se 2. quis] vero 2. 3. expoliaverit] mal. mosido *add.* 2. 3; malb. musido s. d. MCC q. f. *add.* 1.
4. *l.* 4. hominem 2; homine 3. aliubi 2. 3. disponet 2. regi 2. ‖ *l.* 5. alundivit 3. puplico 2. extra *om.* 2. ordinacionem 2. ‖ *l.* 6. adsalire 2. presumpserit] mal. alagra ethii vialacina *add.* 2; mal. alachra ethii vialacina *add.* 3; malb. alachra ethii vialacina s. d. VIIIM q. f. *add.* 1.
5. *l.* 7. homine ingenuo dormiente 3. expoliaverit] mal. fhrio mosido *add.* 2; mal. frio mosido *add.* 3; malb. prio mosido s. d. IIIIM q. f. *add.* 1.

XVI. *l.* 9. XVI.] XVII. 2. de — qui] Si quis 2. eo *om.* 3. alterius *om.* 2. villam] alienam *add.* 2. 3. adsallit] adsallierit 3; adsallirit vel expoliaverit 2.

1. *l.* 10. adsallierit] adsaliret 2; mal. alafalcio *add.* 2. 3; malb. alafalmo s. d. MCC q. f. *add.* 1.
2. *l.* 11. adsalliret 2. et] ibidem *add.* 2. 3. ustia 2; hustia 3. fregerit 2. 3. canus 3. occiserit 2. 3. ‖ *l.* 12. plagaverit 3. exinde *om.* 2. carra 1; car 2. aliquid] exinde *add.* 2. duxerit] mal. turriphathio *add.* 2. 3; malb. turripathio s. d. VIIIM q. f. *add.* 1. sol. *om.* 1.

1) *De Romanis v. Brunner l. c.* I², *p.* 384 *et Krammer l. supra p.* 1, *n.* 1 *c. p.* 427. 2) barbarus *idem est atque* Francus *vel Salicus, cf. Krammer l. c. p.* 432 *et infra tit. LXVIII,* 1. 3) *De capitibus* 2 *et* 3 *a rege adiectis v. supra p.* 2 *et infra tit. LXVIII. Caput* 4 *recensionis γ esse videtur, v. infra n.* 11. 4) *Id est: considere in vico alieno; v. infra tit. LXXVIIII.* 5) *Intellige: 'si'.* 6) *Fortasse legendum est 'adbandire' vel 'adbannire' = 'öffentlich verkündigen, publizieren' (scil. cartas); cf. Diez l. c. p.* 40 *s. v. 'bando'. Aliter Müllenhoff apud Waitz l. c. p.* 276. 7) *Id est: eum cum testibus admonere (ut de fundo suo cedat), v. infra tit. LXXVIIII et Brunner l. c. II, p.* 520 *sq.* 8) *Id est: villam eius occupare; v. infra tit. XVI et n.* 12 *et supra p.* 17, *n.* 4. 9) *C.* 5 *et tit. XVI—XVIII recensionis β sunt.* 10) *Villa hoc loco significat praedium, non vicum; v. supra tit. III,* 4 *et infra tit. LXXVIIII et Pardessus, 'La loi salique' p.* 389; *Diez l. c. p.* 341. 11) *In recensione β hic verba* extra ordinatione regis *nunc in tit. XV, c.* 4 *lecta sequebantur. V. infra n.* 12 *et supra n.* 3. 12) *V. supra n.* 8. *Cf. Lex Vis. VIII,* 1, 4 *(Chindasvindi regis):* Qui domum alienam *(cf. Lex Vis. p.* 471, *l.* 16: domum aut villam*)* sua auctoritate sine regis .. iussione *(v. supra L. Sal. XV,* 4 *et n.* 11*)* adprehendere .. presumserint; *cf. etiam c.* 2. *(et L. Sal. B XLII,* 5*) cum L. Vis. c.* 5 *(Chindasvindi):* Quod si .. id, quod ab alio possidetur .., invaserit, omne, quod abstulit vel presumtiosus invasit, in duplum restituat. 13) *Verba* hostia — placaverit aut *recensionis γ esse videntur.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XVII.

Si quis[1] corpus sepultum effodierit aut expoliaverit[2], wargus[3] sit, id est expellis set, usque in diem illum, quam ipsa causa parentibus defuncti faciant[4] emendare. Et ipsi parentes rogare ad iudicem debeant, ut ei inter homines liceat habitare, si tamen auctor sceleris sol. CC culpabilis iudicetur. Et qui eum, antequam cum parentibus defuncti satisfaciat, hospitium dederit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XVIII. De homine occiso et expoliato antequam in terra mittatur.

1. Si quis corpus occissi homines, antequam in terra mittatur, in furtum expoliaverit, sol. LXII*ſ* culpabilis iudicetur.

2. Si quis hominem mortuum super alterum in naufum[5] aut in petra misserit, sol. LXII*ſ* culpabilis iudicetur.

3. Si quis arestatonem[6] super hominem mortuum capulaverit[7], de unumquemque sol. XV culpabilis iudicetur.

XVII. *l.* 1. *Hic eam inscriptionem, quam ad titulum sequentem ponimus, praebet codex* 1; *ceteri codices habent:* XVIII (XVII. 3). Si quis hominem mortuum exfodiret (exfudierit aut expoliaverit 3) 2.

*l.* 3. sepultis 3. exfodierit 3; exfodiret 2. aut] et 2. 3. set 2. ‖ *l.* 4. ipra 1. causa] cum *add.* 2. 3. faciat 2. 3. ‖ *l.* 5. parentis 2; parentibus *corr.* parentis 3. dibiant 2. hominis 2. liciat 2. 3. *l.* 6. se 2. auctur 2. sceleris] exceleris 2; mal. turnichal *add.* 2. 3; malb. turnichal s. d. VIIIM q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 7. defuncti] satis *add.* 1. ospicium 2. 3. dediret 2.

*l.* 9. XVIII.] XVIIII. 2. *Numerum postea add.* 1, *ubi etiam nulla est inscriptio; cod.* 2 *praebet:* Si quis corpus in furtum expoliaverit, antequam in terra mittitur; *cod.* 3: De corpus occisi hominis et expoliato, anquam (!) in terra mittitur.

1. *l.* 10. occisi hominis 2. 3. furto 3. expoliaverit] mal. crehomardo *add.* 2; mal. creomardo *add.* 3; malb. chreomardo s. d. IIMD q. f. s. *add.* 1.

2. *l.* 12. misserit] miserit 2. 3; mal. hidulgus *add.* 2. 3; malb. hidulgus s. d. IIMD q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 13. LXV *corr.* LXII 3.

3. *l.* 14. arestatonem] testatorem 2. capulaverit] capolaverit 3; mal. cheobarbio *add.* 2; mal. cheolbarbio *add.* 3; malb. chlebarbio *add.* 1. unumquemque] hunumquenque 2; DC den. qui faciunt *add.* 1.

1) *Cum tit. XVII et XVIII cf. Lex Baiuw. XIX, qui titulus antiquiore forma legis nostrae nititur. Sumptus est titulus XVII ex Codice Euriciano, cf. Lex Vis. XI,* 2, 1: Si quis sepulcri violator extiterit aut mortuum expoliaverit et ei aut ornamenta vel vestimenta abstulerit . . *Lege Visigotorum (Leovigildi regis) quoque usus est Rothari in Edicti c.* 15: Si quis sepulturam hominis mortui ruperit et corpus expoliaverit aut foris iactaverit . . 2) *Post hoc omnia usque ad verbum* sceleris *(l. 5) recensionis γ esse videntur, etiam verba* Et qui eum — iudicetur *(v. infra tit. XC) recensioni β non attribuenda sunt.* 3) *Germ. 'warg' seu 'warc' significat lupum et praeterea maleficum proscriptum; v. Grimm, 'Rechtsaltertümer' p.* 733 *sq.; Brunner l. c. I², p.* 234 *sq. De verbo* expellis = *'aspellis' v. infra p.* 55, *n.* 1. 4) *Intellige: 'faciat'.* 5) *'Naufus' vel 'naucus', ut praebent textus recentiores (v. supra p.* 8, *n.* 8*), significat sarcophagum ad modum navis formatum; v. Müllenhoff apud Waitz l. c. p.* 297*; I. Grimm, 'Kleinere Schriften' II, p.* 257*; v. Schwind l. c. p.* 639 *sq.* 6) *Cf. Grimm apud Merkel l. c. p. XLVIII: germ. 'haristado, heristado' = 'heersäule, wegsäule über dem grab'. Aliter Ducange, Glossarium mediae et infimae latinitatis: 'aristato' = stragulum.* 7) *V. supra p.* 12, *n.* 4.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XVIIII. De incendiis.

1. Si quis casa quamlibet super hominem dormientem incenderit, ei[1], cui casa est, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

2. Illi[2] vero, qui exinde evaserint, unusquisque ex ipsis malare[3] eum debent per mał seeolando veva[4], sol. LXIIſ qui incendium[5] misit, eis culpabilis iudicetur.

3. Si quis ibidem arserit, sol. CC culpabilis iudicetur.

## XX.[6]

1. Si quis spicario[7] aut maflo[8] cum anona incenderit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

2. Si quis[9] concidem[10] aut saepem capulaverit aut incenderit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XXI.

1. Si quis alterum voluerit occidere et colapus[11] fallierit[12], sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XVIIII. De incendiis] XX. Si quis casam super hominem dormientem incenderit 2.

1. *l.* 2. casam 2. ‖ *l.* 3. est] mal. andeba *add.* 2; mal. anteba *add.* 3; malb. andeba s. d. IIMD q. f. *add.* 1. LXIII. 3.

2. *l.* 4. Illi *corr.* Ille 1; Ille 3. evaserent 2. hunusquisque 2. mallare 2. 3. dibent 2. *l.* 5. per *om.* 2. seolando 2. 3. veva] s. d. IIMD q. f. *add.* 1. culpabilis iudicetur *praebet* 1 *ante* eis.

3. *l.* 6. arserit] arseris *corr.* arserit 3; mal. leodardi *add.* 2; mal. leodardii *add.* 3; malb. leuđ s. d. VIIIM q. f. *add.* 1.

*l.* 7. XX.] XXI. 2.

1. *l.* 8. Siquis — maflo] *rubrica in cod.* 2. Siquis — incenderit] *rubrica in cod.* 3. spicarium 2. mafla 1; mafolum 2. annona 2. 3. incenderit] mal. deba *add.* 2. 3; malb. deba s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

2. *l.* 10. sepem 2; sipem 3. incenderit] mal. viva *add.* 2. 3; malb. viva s. d. DC q. f. *add.* 1.

*l.* 12. XXI.] XXII. 2. *In codice* 1 *inscriptio* De vulneribus *postea addita est; v. infra p.* 21, *l.* 17 *sqq.*

1. *l.* 13. Si — praeterfallierit] *rubrica in cod.* 3. colepus 3; colibus 2. fallierit] praeterfallierit 3; preterfaliret 2; mal. seolando veva *add.* 2; mal. seolando vena *add.* 3; malb. seolandoveva s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

1) *Verba* ei cui casa est *recensionis β esse videntur.* 2) *Capita* 2 *et* 3 *recensionis β sunt praeter verba* Illi vero *(pro* Si*) et* unusquisque — seeolando veva *recensioni γ attribuenda.* 3) *Verbum 'malare' (sive 'mallare' aut 'admallare') de 'mâli' = 'Klage' (cf. Brunner l. c. I*², *p.* 254*) derivandum est.* 4) *Haec erat formula, quam actor in accusando vel 'malando' propter incendium inlatum adhibere debuit (ita quoque Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' p.* 558 *sqq.), cf. etiam infra in tit. LXXXV:* nestigante mallare. 5) *Cf. Lex Vis. VIII,* 2, 1: Qui . . in domum mittit incendium *et similia saepius ibidem. Cf. cum hoc et sequenti titulo Lex Baiuw. tit. X, qui antiquiore forma Legis Salicae nititur.* 6) *Tituli XX—XXIV recensionis β sunt.* 7) *Germ. 'Speicher'; v. Grimm, 'Deutsches Wörterbuch' X,* 1, *p.* 2070 *sq.* 8) *Seu 'magalum' sive 'machalum' in textibus recentioribus (v. supra p.* 8, *n.* 8*); cf. magalia = 'Zelte, Hütten'; v. Diez l. c. p.* 465. 471 *s. v. 'majada' et 'naguela'.* 9) *Ex Codice Euriciano, v. Lex Vis. VIII,* 3, 6: Si quis sepes inciderit vel incenderit . .; *pro 'incidere' scribitur in Lege Salica 'capulare', v. supra p.* 12, *n.* 2. 4. 10) *'Concaedes' (v. Thesaurus linguae latinae IV,* 3*) sive 'concida' (v. Greg. Tur., Hist. Francorum III,* 26. *IV,* 42; *MG. SS. rerum Meroving. I, p.* 132, 20. 175, 20*) = sepes.* 11) *Ital. 'colpo', francogall. 'coup'; v. Diez l. c. p.* 104. 12) *Francogall. 'faillir', v. Diez l. c. p.* 133.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Si quis alterum de sagitta tuscata[1] percutere voluerit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

3. Si quis[2] hominem in capite placaverit et exinde ossa exierint, sol. XXX culpabilis iudicetur.

4. Si vero intra costas aut in ventrem miserit vulnus et[3] currat et non sanat, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur, excepto medicaturas sol. VIIII.

## XXII.

1. Si quis[4] hominem ingenuum de fuste percusserit et sanguis non exierit, usque ad tres colapus sol. VI culpabilis iudicetur.

2. Si vero sanguis exierit, tale culpa conponat, quasi de ferramentum[5] eum vulnerasset.

## XXIII.

1. De[6] eo, qui ad regem hominem innocentem absentem accusat, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

XXI. 2. *l.* 1. *Hoc caput om.* 2. voluerit] mal. seolando vena *add.* 3; malb. seolando veva s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

3. *l.* 3. capita 3. placuerit *corr.* placaerit 3. ossa] *quae post verbum* ossa *sequuntur usque ad titulum XXX in codice* 1 *omissa et postea secundum redactionem legis E (emendatam) ab alio quodam scriptore suppleta sunt, quam ob rem in titulis sequentibus XXI—XXVIIII varias lectiones codicis* 1 *non annotabimus.* exirent 2; mal. cusfretum *add.* 2; mal. cusfredum *add.* 3.

4. *l.* 5. Se 2. ventre 3. vultus 3. currat] *lege* curat; curra 2. sanat] mal. cusfretum *add.* 2; mal. cusfredum *add.* 3. ‖ *l.* 6. excepta medicaturios 3.

*l.* 7. XXII.] XXIII. 2.

1. *l.* 7. Siquis — ingenuum] *rubrica in cod.* 3. exierit] *ita e con.;* exiret 2; exiit 3. *l.* 9. tris 2. colapus] *ita e con.;* colepus 3; colibus 2; mal. uuidifalt *add.* 2. 3.

2. *l.* 10. Si *corr.* Se 2. exiret 2. tali 3.

*l.* 15. XXIII.] XXIIII. *Codices nullam inscriptionem praebent, sed incipiunt titulum verbis* De cuique, *ex quo inscriptionem quondam exstitisse suspiceris.*

1. *l.* 13. eo qui] *ita corr.;* cuique *codd.* De — hominem] *rubrica in cod.* 3. regem — absentem] rege homine innocente absente 2. accusat] accussat 3; mal. seo lando veva *add.* 2; mal. seolando vena *add.* 3.

1) *Diez l. c. p.* 323 *s. v.* '*tosco*'. *Cf. Lex Baiuw. IV,* 21. 2) *Cf. Lex Vis. VI,* 4, 1 *(Chindasvindi regis):* Si ingennus ingenuum quolibet hictu in capite percusserit . ., det . . pro osso fracto solidos C. *Cum hoc capite Legis Salicae cf. Lex Baiuw. IV,* 5. 3) *Verba* et currat — sanat *et* excepto — VIIII *recensionis γ esse videntur.* 4) *Cf. Lex Vis. VI,* 4, 3 *(Chindasvindi):* Ingenuus sane, si servum alienum fuste . . percusserit et sanguis vel libor appareat . . *Cf. VI,* 4, 6. *In Codice Euriciano similibus verbis de ingenuo quoque percusso actum fuisse censeo. Cf. Lex Burgund. (v. supra p.* 13, *n.* 2*) tit. V:* De his qui flagello, fuste, calce vel pugno percutiunt. Si quis ingenuum tali praesumptione percusserit . . *et Edictus Rothari c.* 43: Si quis hominem liberum . . percusserit et liborem aut vulnus fecerit. *In Lege, quae nobis servata est, Visigotorum nunc aliter de hac re scribitur, cf. Lex Vis. l. c. V. infra p.* 28, *n.* 4. *Verba* usque — colapus *recensionis γ sunt.* 5) *De qua re lex desideratur.* 6) *Ex Codice Euriciano? Cf. Lex Vis. VI,* 1, 6: Qualiter ad regem accusatio deferatur.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XXIIII. De maleficiis.

1. Si quis[1] alteri herbas dederit, ut moriatur, sol. CC culpabilis iudicetur.

2. Si quis[2] maleficium fecerit et qui eum priserit evaserit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

3. Si quis muliere herbas dederit bibere, ut infantes habere non possit, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

## XXV. De manu mulieris stringenda.

1. Si quis homo ingenuus ad femina ingenua digitu aut manu strinxerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si[3] brachium strinxerit, sol. XXX culpabilis iudicetur.

3. Certe si super cupitum manum miserit, sol. XXXV culpabilis iudicetur.

4. Si quis ad muliere mamella strinxerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

## XXVI. De navibus.

1. Si quis navem extra consilio domini sui movere presumpserit, sol. III culpabilis iudicetur.

2. Si[4] vero ipsa furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

*l.* 1. XXIIII] XXV. 2.

1. *l.* 2. alterii 2. erbas 2. dedirit 2. moriatur] mal. covirgo *add.* 2; mal. quovirgo *add.* 3.

2. *l.* 3. preserit 2. evaserit] mal. thooverpohaofado *add.* 2; mal. thooverpotasado *add.* 3.

3. *l.* 5. mulier 2. erbas 2. dederit] *ita con.;* dedirit 3; dediret 2. ut] et 2. potest 2.

*l.* 7. XXV.] XXVI. 2. mano 2. mulieribus 3. extringenda 2.

1. *l.* 8. ingenuus] *e con.;* ingenuos 2. 3. digito 2. aut *bis scriptum in* 2. mano 2. strinxerit] extrinxerit 2; mal. chramen *add.* 2; mal. chram̄ *add.* 3.

2. *l.* 10. Se 2. strinxerit] extrinxerit 2; mal. erami *add.* 2; mal. chrami *add.* 3.

3. *l.* 11. se 2. cobitum 2. miserit] mal. chrannes malicardi *add.* 2; mal. chrannis malichardi *add.* 3.

4. *l.* 12. ad *om.* 2. mulierem 3. mamellam 3. strinxerit] extrinxerit 2; mal. itembracti *add.* 2; mal. itembrati *add.* 3. XV *corr.* XLV 3.

*l.* 13. XXVI.] XXVII. 2. De navibus *om.* 2.

1. *l.* 14. consilium 3. presumpserit] mal. fimire *add.* 2; mal. femire *add.* 3.

2. *l.* 16. Se 2. ipsam 3. furaverit] mal. fimire *add.* 2; mal. femire *add.* 3.

1) *Hic titulus e Codice Euriciano sumptus est; cf. Lex Vis. VI, 2, 3:* . . si venenatam potionem alicui dederint et qui biberit mortuus exinde fuerit . . Si certe poculo veneni potatus evaserit . ., *v. etiam ibidem c.* 5: . . qui in hominibus . . maleficium . . . excogitaverint facere; *Lex Baiuw. IV,* 22: Qui potionem huiusmodi *(scil. venenatam)* donaverit alicui . ., si evaderit; *Ed. Roth.* 140. 141: Si . . venenum alii dedirit ad bivendum et qui acceperit ex ipso veneno mortuus non fuerit . . Si quis venenum ad bivendum dedirit et qui acceperit mortuos fuerit . . *Cum c.* 3 *cf. Lex Vis. VI,* 3, 1: Si quis mulieri pregnanti potionem ad avorsum aut pro necando infante dederit . .; *Lex Baiuw. VIII,* 18: Si quae mulier alii potionem dederit, ut avorsum faceret . . 2) *Verba* quis — priserit *recensionis* $\gamma$ *esse videntur.* 3) *Capita* 2—4 *huius tituli recensionis* $\beta$ *(v. supra p.* 2*) esse videntur.* 4) *Hoc caput et tit. XXVII recensionis* $\beta$ *sunt.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XXVII. De asco deintro clave furato.

1. Si quis asco[1] deintro clave furaverit, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

## XXVIII. De furtis in molino conmissis.

1. Si quis homo ingenuus in molino alieno annona furaverit, cui[2] molinus est sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si vero alicui anona furaverit, alius XV sol. culpabilis iudicetur.

## XXVIIII. De [eo] qui alterius sclusa rumpit[3].

1. Si quis[4] sclusa de farinario ruperit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XXX. De homicidiis parvulorum.

1. Si quis puerum infra XII annorum non tonsorato[5] occisserit, sol. DC culpabilis iudicetur.

2. Si quis femina grave debattit[6] et ipse exinde mortua fuerit[7], sol. CCC culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XXVII.] XXVIII. 2. intro 2.

1. *l.* 2. ascho 2. intro 2. clavem 3. furaverit] mal. chanzascho *add.* 2; mal. chanzasco *add.* 3. XV 3.

*l.* 4. XXVIII.] XXVIIII. 2. comissis 2.

1. *l.* 5. ingenuus *e con.;* ingenuos 2. 3. furaverit] mal. anthedio *add.* 2; mal. antedio hoc est *add.* 3.

2. *l.* 7. Se 2. annona 2.

*l.* 8. XXVIIII.] XXX. 2. eo] *e con.;* his 2; *om.* 3.

1. *l.* 9. farenario 2. ruperit] riperit 2; mal. urbis via lacina *add.* 2. 3.

*l.* 10. XXX.] XXXI. 2. *Inscriptionem om.* 1, *quam restitui secundum indicem titulorum et codd.* 2. 3, *qui praebent:* De humicidiis (homicidiis 3) parvolorum vel mulierum.

1. *l.* 11. puero 2. XII] annis vel XII *supplenda esse videntur, cf. infra tit. XXXIII;* duodecem 3. tunsorato 2. 3. occisserit] occiserit 2. 3 *(ita semper);* mal. charcharo leodardi *add.* 2; mal. charcaro leodardi *add.* 3; malb. chacharo leudardi s. d. XXIIIIM q. f. *add.* 1.

2. *l.* 13. grava 2. debatterit 3; debapterit 2. ipsa 2. 3. fuerit] mal. annoano leodinia *add.* 2; mal. leodinice *add.* 3; malb. anoano leodinia s. d. XIIM q. f. *add.* 1. sol. VCCC 3.

1) *Cf. Müllenhoff apud Waitz l. c. p.* 279; *Kern, 'Notes' §* 121: *'askr' = navis.* 2) *Verba* cui molinus est *et c.* 2 *auctor recensionis β addidit. Pro* annona furaverit *in c.* 1 *tunc verisimiliter legebatur* in furtum ingressus fuerit *(v. infra XXXVIII. XLI), quae postea mutata sunt.* 3) *Tituli XXVIIII—XXXVII recensionis β sunt.* 4) *Ex Codice Euriciano; cf. Lex Vis. VIII,* 4, 30: Si quis mulina violenter effrigerit . . . Eadem et de istagnis, que sunt circa mulina et conclusiones aquarum precipimus custodiri; *v. etiam ibidem VIII,* 4, 29: . . exclusa ipsius a comite rumpatur; *cf. praeterea Ed. Roth.* 150: Si quis molinum alterius cappellaverit aut sclusa ruperit. *De exclusa vel sclusa, francogall. 'écluse', germ. 'Schleuse' (v. Diez l. c. p.* 128*) cf. Greg. Tur., Liber vitae patrum, MG. l. c. IV, p.* 734 *sq.; Krammer, 'Neues Archiv' XXX, p.* 284. 5) *Cf. Brunner l. c. I², p.* 104 *et infra tit. XXXIIII.* 6) *Debattere, battere (v. infra LVII), trabattere (v. LXII, 6) = percutere, francogall. 'battre'; v. Diez l. c. p.* 46. 7) *Ex Codice Euriciano, cf. Lex Vis. VI,* 3, 2: Si quis mulierem gravidam percusserit . . et exinde mortua fuerit . . Si autem tantumodo partus excutiatur . .; *Lex Baiuw. VIII,* 19: Si quis mulieri ictu quolibet avorsum fecerit . . Si autem tantum partus extinguitur . .

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

3. Si vero infantem in utero matris sue occisserit, sol. C culpabilis iudicetur.

### XXXI.

1. Si quis femina ingenua, postquam infantes habere cęperit, occisserit, sol. DC culpabilis iudicetur.

### XXXII.

1. Si quis femina post media ętate, hoc[1] est postquam infantes habere non potest, occisserit, sol. CC culpabilis iudicetur.

2. Si quis ingenua puella occisserit, sol. C culpabilis iudicetur.

### XXXIII. De neglegentiis parvulorum.

1. Si quis puer infra[2] XII annis aliqua culpa commisserit, fredus[3] ei non requiratur.

### XXXIIII. De puero tonsorato.

1. Si quis puerum sine consilio parentum suorum tonsoraverit, sol. LXII*ſ* culpabilis iudicetur.

2. Si vero puella sine voluntate parentum tonsoraverit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

### XXXV. De adulteriis ancillarum.

1. Si quis cum ancilla aliena mechatus fuerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si quis cum ancilla regis[4] mechatus fuerit, sol. XXX culpabilis iudicetur.

XXX. 3. *l.* 1. Se 2. sui 2; suae 3. occisserit] mal. annoano *add.* 2; mal. annona *add.* 3; malb. annovano s. d. IIIIM q. f. *add.* 1.

*l.* 2. XXXI.] XXXII. 2.

1. *l.* 3. Si quis — ingenua] *rubrica in cod.* 3. infantis abere 3. ceperit 2. 3. occisserit] occiderit 2; mal. leodinia *add.* 2. 3; malb. leodinia s. d. XXIIIIM q. f. *add.* 1.

*l.* 5. XXXII.] XXXIII. 2.

1. *l.* 6. Si quis — hoc est] *rubrica in cod.* 3 etate 2; aetate 3. postquam] quando iam 2. 3. infantis 2. ‖ *l.* 8. occisserit] mal. leodinia *add.* 2. 3 malb. smalcha lede (*corr.* leodinia) s. d. VIIIM q. f. *add.* 1.

2. *l.* 8. occisserit] mal. simalchaledi *add.* 2; mal. schaledi (*corr.* smachaledi) *add.* 3; malb. smalchaledi s. d. IIIIM q. f. *add.* 1.

*l.* 9. XXXIII.] XXXIIII. 2. necgligentiis parvolorum 3; necliencies parvolorum 2.

1. *l.* 10. duodecem 3. annus 2. 3. comiserit 2. 3. fridus 3. ‖ *l.* 11. requeratur 2.

*l.* 12. XXXIIII.] XXXV. 2. tunsorato 2. 3.

1. *l.* 13. puero 2. 3. tonsoraverit] tunsoraverit 2. 3; mal. huutchardo *add.* 2; mal. autchardo *add.* 3; malb. uuzchitdro (*corr.* uuzchardo) s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

2. *l.* 15. volumtate 2; voluntatem 3. tonsoraverit] tunsoraverit 3 tunsora 2; mal. theohichada *add.* 2; mal. theochada *add.* 3; s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

*l.* 17. XXXV.] XXXVI. 2.

1. *l.* 18. michatus 3; migatus 2. fuerit] mal. evalisina *add.* 2. 3; malb. evalesina s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 19. regi 2. 3. michatus 2. 3. fuerit] mal. evalisina *add.* 2. 3; malb. evalesina s. d. MCC q. f. *add.* 1.

1) *Verba* hoc est — potest *recensionis γ esse existimo.* 2) *V. supra tit. XXX, c.* 1 *et p.* 23, *l.* 26. 3) *V. supra p.* 16, *n.* 6. 4) *Cf. Lex Vis. III,* 2, 3 *et supra p.* 17, *n.* 1.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

3. Si quis servus cum ancilla aliena mechatus fuerit, sol. III culpabilis iudicetur.

4. Si quis servus ancilla aliena extra voluntatem domini sui ad coniugium sociaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

5. Si quis servus cum ancilla aliena mechatus fuerit et ex ipso crimine ipsa mortua fuerit, aut sol. VI dominum[1] ancillę conponat aut castretur. Dominus servi capitale in locum restituat.

## XXXVI. De libertis dimissis ingenuis.

1. Si quis litum[2] alienum, qui[3] aput domino suo in hoste[4] fuerit, extra consilio domini sui ante rege per denarium ingenuum dimiserit[5], sol. C culpabilis iudicetur. Res vero ipsius liti legitimo domino reformetur.

2. Si quis servum alienum per denarium ante rege ingenuum dimisserit, sol. XXXV culpabilis iudicetur et capitale in loco restituat.

## XXXVII. De furtis diversis.

1. Si quis[6] tintinnum deinter porcus furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur*).

2. Si quis[7] petica de caballo furaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

*) *Cod.* 2 *add.:* Si quis tentenno involaverit de qualibet pecus preter porcus, III sol. culpabilis iudicetur.

XXXV. 3. *l.* 1. michatus 2. 3. fuerit] s. d. CXX q. f. *add.* 1.

4. *l.* 3. Si quis] Se 2; Si 3. volumtate 2. coiugium 2. ‖ *l.* 4. sociaverit] sotiaverit 1; mal. anthamo *add.* 2. 3; malb. anthamo s. d. CXX q. f. *add.* 1.

5. *l.* 5. Si quis] Se 2; Si 3. michatus 2. 3. ‖ *l.* 6. aut] den. CLXL (*corr.* CXL) q. f. *add.* 1. domini 2. 3. ancille 2; ancilla 3. ‖ *l.* 7. capitale] de ancilla *add.* 2. 3.

*l.* 8. XXXVI.] XXXVII. 2. dimissis ingenuis] demissis ingenuis 3; ingenuos demissis 2.

1. *l.* 9. litum alienum] liberto alieno 2. abut 2; apud 3. oste 2. ‖ *l.* 10. consilium 3. regem 2. dinario 2. 3. ingenuo 2. dimiserit] demiserit 2. 3; mal. maltho hitho frioblito *add.* 2; mal. maltho litho frioblito *add.* 3; malb. malcho itto frioblito s. d. IIIIM q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 11. lito 3; leto 2. refurmetur 2.

2. *l.* 12. servo alieno 2. dinarium 3; dinario 2. regem 2. dimisserit] demiserit 2. 3; mal. maltho fratho meotho *add.* 2; mal. maltho fiato meoto *add.* 3; malb. maltho fiatho meotho s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 13. et] *om.* 2; ex 3. locum 2.

*l.* 14. XXXVII.] XXXVIII. 2.

1. *l.* 15. tentinnum 3; tentenno 2. furaverit] mal. tuhochapo *add.* 2; mal. thuochapo *add.* 3; malb. thuochaido s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 16. pedica 2. furaverit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leudardo s. d. CXX q. f. *add.* 1. III *om.* 3.

1) *Verba* dominum ancillę *recensionis* γ *esse videntur.* 2) *De litis v. supra p.* 16, *n.* 7 *et Brunner l. c. I*², *p.* 180. 3) *Verba* qui — fuerit *recensionis* γ *esse videntur.* 4) *Id est: in exercitu; cf. Diez l. c. p.* 229 *et infra tit. LXXI.* 5) *De manumissione per denarium facta v. Brunner l. c. p.* 366 *sq.* 6) *Caput primum et secundum e Codice Euriciano deprompta sunt (v. Brunner l. c. p.* 438, *n.* 49*); cf. Lex Vis. VII,* 2, 11: Si quis tintinabulum involaverit de iumento vel bove . ., de verbicibus vel quibuscumque pecoribus . .; *Lex Burg. IV,* 5: Qui tentinno caballi furto abstulerit . ., simili de bove conditione servata . .; *Lex Baiuw. IX,* 11: Si quis tintinnabulum furaverit de caballo vel de bove . ., si de minutis pecoribus . .; *Ed. Roth. c.* 289: Si quis tintinno desuper cavallo aut bove furaverit . . 7) *Cf. Lex Vis. VIII,* 4, 1: Si quis caballum alienum vel aliut animal de pedica . . tulerit . .; *Lex Burg. IV,* 6: Si autem inpedicato caballo ingenuus pedicam tulerit . .



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XXXVIII.

1. Si quis[1] messem alienam in furtum metere presumpserit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si quis[2] in navina[3], in fabaria, in lentiliaria in furtum ingressus fuerit, sol. III culpabilis iudicetur.

## XXXVIIII.

1. Si quis de campo alieno furaverit et in carro duxerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

2. Si vero tantum presumpserit, quantum in dorsum suum portare potuerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XL.

1. Si quis[4] pratum alienum secaverit, opera sua perdat et insuper sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Et si exinde foenum in carro duxerit ad domum suam, sol. XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

3. Si vero tantum presumpserit, quantum in dorsum suum portare potuerit, sol. III culpabilis iudicetur.

## XLI.

1. Si quis in orto alieno in furtum ingressus fuerit[5], sol. XV culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XXXVIII.] XXXVIIII. Siquis messem aliena metit 2.

1. *l.* 2. aliena 2. furtum metere] furtumetere 3. medere 2. presumpserit] mal. *add.* 2. 3; mal. leud s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 4. nabina 2. lentiaria 2. furtu 3. egressus 2. fuerit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud s. d. CXX q. f. *add.* 1.

*l.* 6. XXXVIIII.] XL. 2.

1. *l.* 7. Si quis — alieno] *rubrica in cod.* 3. alieno] lino *add.* 2. 3, *quod in codice* 1 *supra lineam additum est.* duxerit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 9. Se 2. presumserit 2. suum *om.* 3. postare 3. potuerit] s. d. DC q. f. *add.* 1.

*l.* 11. XL.] XLI. 2.

1. *l.* 12. Si quis — alienum] *rubrica in cod.* 3. pradum 2. segaverit 2. insuper] s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 14. se 2. fenum 2. 3. duxerit — suam] ad domum suam (suum 2) duxerit 2. 3. suam] s. d. MDCCC q. f. *add.* 1. ‖ *l.* 15. dilatura *om.* 1.

3. *l.* 16. Se 2. tantu 3. potuerit] potest 2; s. d. CXX q. f. *add.* 1.

*l.* 18. XLI.] XLII. 2.

1. *l.* 19. Si quis — alieno] *rubrica in cod.* 3. alienum 2. furtu 3. fuerit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud s. d. DC q. f. *add.* 1.

1) *Cum hoc titulo et tit. XL et XLV cf. Lex Baiuw. XIII,* 6. 2) *Id est in nabina vel napina = 'Rübenfeld', v. textus recentiores.* 3) *XXXVIII,* 2 *et XXXVIIII et XL recensionis β sunt.* 4) *Cum hoc titulo cf. Ed. Roth. cc.* 356. 354, *v. infra tit. XLV.* 5) *Cf. Lex Burg. XXV,* 1, *Lex Baiuw. IX,* 12, *Ed. Roth. c.* 284, *qui his locis antiquiore forma legis nostrae nituntur.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XLII.[1]

1. Si quis in vinea aliena in furto vindemiaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si vero in carro cargaverit[2] et ad domum suam duxerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

## XLIII. De retibus.

1. Si quis retem ad anguilis de flumine furaverit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

2. Si quis statuam[3] aut trammaclem[4] vel vervuldo[5] de flumine furaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XLIIII. De screonis effractis.

1. Si quis escreona[6], qui clavem habet, effrigerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

2. Si vero de screona clavem effrigerit et nihil exinde tullerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

## XLV. De eo qui alterius campo araverit.

1. Si quis[7] campo alieno araverit et seminaverit, sol. XXX culpabilis iudicetur.

2. Si quis campo alieno araverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

3. Si quis aratrum cum aratore de campo alieno ostaverit[8] aut iactaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XLII.] XLIII. 2.

1. *l.* 2. Si quis vineam alienam] *rubrica in cod.* 3. in vinea aliena] vineam alienam 3; viniam alienam 2. furtum 2. vindemiaverit] vindimiaverit 2. 3; mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud s. d. DC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 3. Se 2. carra 1. carcaverit 3; carrigaverit 2. duxerit] s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

*l.* 5. XLIII.] XLIIII 2. De retibus *om.* 2. 3.

1. *l.* 6. Si quis — anguilas] *rubrica in cod.* 3. ritem 3. ad] ab 3; de 2. anquiliis 2; anguilas 3. de flumine] *om.* 2; de flum̄ 3. furaverit] mal. obdub 2; mal. obdubas 3; malb. obdub s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 7. trimaclem 3; trimaclam 2. vertivolo 2; vertevollo 3. flum 2; flum̄ 3. furaverit] mal. nachus taxaca *add.* 2; mal. narcus taxaca *add.* 3; malb. naschus taxaca s. d. DC q. f. *add.* 1. sol. XII 3.

*l.* 9. XLIIII.] XLV. 2. De — effractis *om.* 2. *Numerus et inscriptio desunt in cod.* 3.

1. *l.* 10. screonam 2. 3. habit 2. effrigerit] efrigerit 3; infregerit 2; mal. strona anthidio *add.* 2; mal. strona antidio *add.* 3; malb. strona anthedio s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

2. *l.* 11. Se 2. efrigerit 3; infregeret 2. tullerit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud. s. d. DC q. f. *add.* 1. sol. XII 3.

*l.* 13. XLV.] XLVI. 2. *Inscriptio* De — araverit *deest in* 2. 3.

1. *Quod caput secundo loco legitur in codicibus* 2. 3. *l.* 14. eraverit 3. seminaverit] semenaverit 2. 3; mal. obrebus andappus *add.* 2. 3; malb. obrebus andappus s. d. MCC q. f. *add.* 1.

2. *Hoc est caput primum in codd.* 2. 3. *l.* 15. araverit] mal. leodardi *add.* 2. 3; malb. leud DC d. q. f. *add.* 1.

3. *l.* 16. aratro 2; arratrum 3. arratore 2. ostaveret 2. iactaverit] iectaverit 2; mal. chucarso *add.* 2; mal. cuuaerso *add.* 3; malb. chuuarso DC d. q. f. *add.* 1.

1) *Tituli XLII—XLVI recensionis β sunt.* 2) *Ital. 'carcare', francogall. 'charger'; cf. Diez l. c. p.* 89. 3) *'Statua' = 'vivarium piscium', cf. Ducange s. v. 'statio'.* 4) *Cf. Ducange s. h. v.: 'species retis'; Diez l. c. p.* 314: *'tramaglio, tramail' = 'Fischernetz'.* 5) *'Vervuldum' = 'instrumentum piscatorium', francogall. 'verveux'; cf. Ducange s. v. 'vervilium'.* 6) *V. supra p.* 16, *n.* 4. 7) *Cum hoc et sequenti capitulo et cum tit. XL supra cf. Ed. Roth cc.* 354—356, *in quibus legis nostrae antiquior forma adhibita esse videtur.* 8) *Francogall. 'ôter'; cf. Diez l. c. p.* 650 *et infra tit. XLVIIII.*



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XLVI. De elogationibus.

1. Si quis aliquid in furtum[1] hominem locaverit, ut alium interficiat, sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

2. Si quis[2] ut dans, accipiens et portans sol. LXIIſ culpabilis iudicetur.

## XLVII. De dibilitatibus.

1. Si quis alterum manum capulaverit[3], unde homo mancus sit et[4] ipsa manus super eum[5] pendat, sol. XLV culpabilis iudicetur.

2. Si vero ipsa excusserit, sol. C culpabilis iudicetur.

3. Si police de manu capulaverit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

4. Si secundum digitum, unde sagitta trahitur, excusserit, sol. XXXV culpabilis iudicetur.

5. Si medianum digitum, unde sagittatur, excusserit, sol. XXXV culpabilis iudicetur.

6. Si quarto digito excusserit, sol. XXV culpabilis iudicetur.

7. Si minimus digitus excussus fuerit, sol. XV culpabilis iudicetur.

8. Si vero pedes capulatus fuerit et ibidem mancus teneat, sol. XLV culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XLVI.] XLVII. 2. elogacionibus 2; obligationibus 3.

1. *l.* 2. logaverit 2. interficiat] interficiet 2. 3; mal. tua *add.* 2. 3; malb. tua s. d. IIMD q. f. *add.* 1.

2. *l.* 4. portans] s. d. IIMD q. f. *add.* 1. XIIſ *corr.* LXIIſ 3. culpabilis iudicetur] unus quisque illorum cumponat (conponat) 2. 3.

*l.* 5. XLVII.] XLVIII. 2. dibeltabus 3.

1. *l.* 6. capolaverit 3. und de 3. sit] est 3. ‖ *l.* 7. pendat] pendit 2; mal. secti *add.* 2; mal. setti *add.* 3; malb. secti MDCCC d. q. f. *add.* 1. LXV 3.

2. *l.* 8. Se 2. excusserit] mal. cramere *add.* 2. 3; malb. chramere IIII M d. q. f. *add.* 1.

3. *l.* 9. mano 2. capulaverit] capolaverit 3; mal. chramine *add.* 2; mal. chramire *add.* 3; malb. diramire MDCCC d. q. f. *add.* 1.

4. *l.* 10. Si] Si quis 2. sagitta trahitur] sagitatretur 3. traitur 2. excusserit] mal. brioro *add.* 2. 3; malb. brioro s. d. MCCCC q. f. *add.* 1. XXXII 3.

5. *l.* 12. Se 2. excusserit] mal. thaphano *add.* 2; mal. thapbano *add.* 3; malb. taphano MCCCC d. q. f. *add.* 1.

6. *l.* 14. quartum digitum 2. excusserit] excusseris 3; mal. melagno *add.* 3; malb. melagno *add.* 1.

7. *l.* 15. Se menimo digito 2. excussus fuerit] excusserit 2; mal. menecleno *add.* 2. 3; malb. meledeno *add.* 1.

8. *l.* 16. Se 2. pedis 2. 3. teneat] teniat 2. 3; mal. chudachina chamina *add.* 2. 3; malb. chudachina chamina s. d. MDCCC q. f. *add.* 1.

1) *Id est: more furis, clam.* 2) *Fortasse legebatur in textu antiquiore:* Sicut dans, accipiens et portans . . . 3) *V. supra p.* 12, *n.* 4. 4) *De eis, quae in hoc titulo leguntur, in recensione α nihil scripta esse videntur nisi haec:* Si quis alterum manum vel pedem excusserit, sol. C culp. iud. *et ea, quae nunc in cc.* 10 *et* 11 *leguntur. Cetera omnia recensionis β esse puto praeter caput* 8 *recensioni γ attribuendum. Recensionis β auctor Codice Euriciano usus est; cf. Lex Vis. VI,* 4, 3 *(Chindasvindi):* Qui manum ex toto absciderit vel etiam . . . ita percusserit, ut ad nullum opus ipse prodefaciat . . . Pro pollice autem L, pro sequenti digito XXXX, pro tertio XXX, pro quarto XX, pro quinto X solidos conpositionis exolvat *(etiam in Lege Salica multae pro singulis digitis solvendae decem solidis inter se distant).* Que scilicet summa et de pedibus erit inplenda. Pro singulis autem excussis dentibus duodeni solidi conponantur. *Cf. supra p.* 21, *n.* 3. 4. *Cf. Legis Baiuwariorum tit. IV, cc.* 9—11, *quae hoc titulo Legis Salicae niti videntur. V. etiam Ed. Roth. cc.* 62—68. 5) *Id est 'an ihm', cf. francogall. 'sur'.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

9. Si vero pes perexcussus fuerit, sol. C culpabilis iudicetur.

10. Si quis alterum oculum eiecerit, sol. C culpabilis iudicetur.

11. Si quis alterius nasum aut auriculam excusserit, sol. XV culpabilis iudicetur.

12. Si quis alterius linguam capulaverit, unde loquere non possit, sol. C culpabilis iudicetur.

13. Si quis alterius dentem excusserit, sol. XV culpabilis iudicetur.

14. Si quis ingenuus ingenuum castraverit aut viriliam transcapulaverit, unde mancus sit, sol. CC culpabilis iudicetur.

## XLVIII. De convitiis[1].

1. Si quis alterum cinidum[2] vocaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si quis alterum falsatorem clamaverit et non potuerit adprobare, sol. XV culpabilis iudicetur.

3. Si quis alterum concagatum clamaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

4. Si quis mulier[3] ingenua, se[4] ea vere mulierem meretrice clamaverit et[5] non potuerit adprobare, sol. XLV culpabilis iudicetur.

5. Si quis alterum vulpicula clamaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

6. Si quis alterum lepore clamaverit, sol. III culpabilis iudicetur.

XLVII. 9. *l.* 1. Se 2 pedis 2. 3. perscussus 2; percussus 3. fuerit] mal. chludachina *add.* 2; mal. chudachina *add.* 3; malb. chuladachina IIIIM dn.*(post add.)* q. f. *add.* 1.

10. *l.* 2. alterium oculus 3. eiecerit] eieciret 2; eicerit 3; mal. licavina *add.* 2; mal. luchavina *add.* 3; malb. liahahauma s. d. IIIIM q. f. *add.* 1.

11. *l.* 3. alterum 2. auricula 2; ariculam *corr.* auriculum 3. excusserit] mal. runne *(corr.* funne) chleura *add.* 2; mal. funnechleura *add.* 3; malb. funecleura DC dr.*(post add.)* q. f. *add.* 1.

12. *l.* 5. lingua 2. capolaverit 3. possit] mal. halachacio *add.* 2; mal. alchacio *add.* 3; malb. alcheio IIIIMDC d. q. f. *add.* 1.

13. *l.* 7. alteris *corr.* alterius 3. excusserit] mal. inclavina *add.* 2; mal. inchlavina *add.* 3; malb. inchavina DC d. q. f. *add.* 1.

14. *l.* 8. ingenuos 2. 3. ingenuo 2. virilia 3; viriculam 2. transcapolaverit 3. ‖ *l.* 9. sit] mal. uuidardi *add.* 2. 3; VIIIIM d. q. f. *add.* 1. sol. C 2. 3.

*l.* 10. XLVIII.] XLVIIII. De conviciis 2. 3.

1. *l.* 11. cinido 2. 3. vocaverit] mal. quinthe *add.* 2; mal. quinte *add.* 3; malb. quinte DC d. q f. *add.* 1.

2. *l.* 12. poterit *corr.* potuerit 1. adprobare] mal. hischrabo *add.* 2; mal. iscrabo *add.* 3; malb. ischrabo DC d. q. f. *add.* 1.

3. *l.* 14. concagato 3. clamaverit] et non potuerit adprobare CXX d. q. f. *add.* 1.

4. *l.* 15. mulieri 1. se ea vere] *ita* 1; se eum vir 2; seo vero 3. muliere 2. 3. meretricem 2. 3. clamaverat 2. potueret 3. adprobare] mal. solestrabo *add.* 2; mal. solistrabo *add.* 3; MDCCC d. q. f. *add.* 1.

5. *l.* 17. vulpiculam 3. clamaverit] CXX d. q. f. *add.* 1.

6. *l.* 18. lep(r)ose 1; lebore 2. clamaverit] CXX d. q. f. *add.* 1.

1) *Caput* 2 *huius tituli recensionis β esse videtur. De conviciis hic enumeratis cf. Grimm l. c. p.* 643 *sqq.* 2) *Id est: cinaedum; cf. Müllenhoff apud Waitz l. c. p.* 296; *Brunner l. c. II, p.* 672, *n.* 4. 3) *Intellige: 'muliere'.* 4) *Verba* se ea vere mulierem *recensionis γ esse existimo.* 5) *Verba* et — sol. XLV *recensionis β sunt. Antea ibi verisimiliter solummodo legebatur:* sol. XV. *Cf. tit. XLVIIII.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

## XLVIIII[1]. De via lacina[2].

1. Si quis hominem ingenuum de via sua ostaverit[3] aut inpinxerit[4], sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si quis feminam ingenuam de via sua ostaverit aut inpinxerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

## L. De ligaminibus ingenuorum.

1. Si quis[5] hominem ingenuum sine causa ligaverit, sol. XXX culpabilis iudicetur.

2. Si vero ipso ligato aliqua parte duxerit, sol. XLV culpabilis iudicetur.

## LI. De venationibus.

1. Si quis[6] diversis venationibus furaverit aut celaverit, si cervo domestico signum[7] habentem furaverit aut occiserit, quem ad venationem mansuetus est, et dominus suus per testibus potuerit adprobare, quod eum in venationem habuisset et cum eum duas aut tres feras occississet, sol. XV culpabilis iudicetur.

2. Si vero cervo domestico, qui in venatione adhuc non fuisset, furaverit aut occisserit, sol. XV[8] culpabilis iudicetur.

3. Si quis cervum aut aprum lassum, quem alterius canis movunt, occisserit aut[9] celaverit, sol. XV culpabilis iudicetur.

*l.* 1. XLVIIII.] L. 2.

1. *l.* 2. inpinxerit] inpincxerit 2; mal. vialinina *corr.* vialacina *add.* 2; mal. vialacina *add.* 3; malb. vialacina DC d. q. f *add.* 1.

2. *l.* 4. femina ingenua 2. 3. ostaveret 2. inpinxerit] inpencxerit 2; mal. via lacina *add.* 2. 3; MDCCC d. q. f. *add.* 1. sol. XII 3.

*l.* 6. L.] LI. 2. legaminibus 3.

1. *l.* 7. ligaverit] ligaveret 2; legaverit 3; mal. andrephus *add.* 2; mal. andreppus *add.* 3; malb. audreppus CCXL d. q. f. *add.* 1.

2. *l.* 9. Se 2. legato 2. duxerit] mal. andrephus *add.* 2; mal. andreppus *add.* 3; malb. andreppus MDCCC d. q. f. *add.* 1.

*l.* 10. LI.] LII. 2. venacionibus 2.

6. Si quis tres villas alienas invaserit, malb. alatfaltheo, sunt denarii MMD, qui faciunt solidos L IIſ.

LIII. De homicidiis in convivio facto.

Cf. B 2-4. 1. Si quis in convivio, ubi quattuor aut quinque fuerint, [et unus ex ipsis interfectus fuerit], malb. seolande stadio, hoc est, ut illi, qui remanent, unum de se convictum reddant aut toti morti illius coniectant. Quae lex usque ad VII, qui fuerant in convivio illo, [observatur.

LI. 10. *l.* 1. inienuum 2. pellago — iudicetur] puteum iactavit, ut vox exinde exiat, sol. C culp. iud. *(v. infra c.* 12). Si quis hominem ingenuum in pilago inpincxerit, sol. C culp. iud. 2.

11. *l.* 3. quolibet] ex quolibet *codd.* crimine 2. ‖ *l.* 4. mortuos 2.

12. *l.* 6. *Hoc caput cod.* 2 *post c.* 10 *praebet, v. supra l.* 27. *In codice* 1 *huic capiti, quod sine ulla intermissione sequitur caput antecedens, praemittitur:* hp̄, *id est:* kp̄, kaput = *'Absatz, Alinea'; cf. Traube, 'Neues Archiv' XXVII, p.* 271. vivus] *e con.;* vox *codd. Cf. A. B.*

XLII. 1. *l.* 9. collecto 2. concubinio 1. in domo sua 2. ‖ *l.* 10. occiderit 2.

2. *l.* 11. dominia 2. est] ille *add.* 2. illae *om.* 2. occisus 2. occidisse 2. ‖ *l.* 12. probatur *om.* 2. L IIM denarios] sunt den. L IIM *cod.*

3. *l.* 13. IIIIM denarios] sunt den. IIIIM *cod.*

4. *l.* 15. homines 1. habuerat 2. ‖ *l.* 16. conprobatur 1; probantur 2. conp̄chinsam singillatim cogantur 2. cogatur 1. ‖ *l.* 17. Alii] *e con.;* aliis *codd.* de eo] deo 2. malb. ductelimici 2; *v. supra p.* 128, *l.* 30. IIIMDC] *ita corr.;* MDCCCXL 1; *om.* 2. ‖ *l* 18. L] XC 2. iudicetur *om.* 1. LV] culp. iud. *add. codd.* ‖ *l.* 19. singulis 1. eorum *om.* 2. cagantur 1. malb. *etc. om.* 2.

5. *l.* 20. Romanus 2. vel — occisis] occisis vel litis 2. occisus *corr.* occisis 1. hęc 2. solvantur 1.

6. *l.* 21. tres *post* alienas 2. invaserit] *e con.;* evaserit 1; prevaserit *corr.* evaserit 2. *l.* 22. LIIſ 1; culp. iud. *add.* 2.

LIII. *l.* 23. De homicidio a contubernio f. 2.

1. *l.* 24. et — fuerit] *om.* 1. ‖ *l.* 25. malb. — hoc est] *om.* 2. ut] *ita corr.;* et *codd. l.* 26. Quae *om.* 2. usque *om.* 2. fuerint 2. observatur — illo *(cf. p.* 153, *l.* 1)] *haec fere verba secundum codices A. B* 2—4 *hic supplenda esse videntur.*

1) *Cf. Lex Alamannorum LIII:* Si quis liber liberum crimen aliquod, quod mortale est, inposuerit et ad rege aut ad duce eum accusaverit . . . *V. etiam infra D I,* 2.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Si vero in convivio illo] plus quam VII fuerint, non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerit inculpatum, ille secundum legem conponant. *Cf. B2-4.*

3. Si quis vero foris casa sive iter agens sive in agro positus a contubernio fuerit occisus et tres vel amplius habuerit plagas, malb. **druete clidio**, hoc est, ut tres de eo contubernio, qui probati fuerint, singulatim mortem illius coniectent et tres de ipso contubernio MCC denarios, qui faciunt solidos , culpabilis iudicetur quisquis illorum et tres adhuc de eo contubernio DC denarios, qui faciunt solidos V, culpabiles iudicentur. *Cf. B2. 3.*

LIIII. De reiphus.

1. Si quis, [ut] adsolet, homo moriens viduam dimiserit, qui eam voluerit accipere, antequam eam acciperit ante tunzinum aut centenarium, hoc est, ut tunzinus aut centenarius mallum indicant, [et in] ipso mallo scutum habere debet et tres homines tres causas demandare debent. Tunc ipse, qui viduam accipere [debet], III solidos eque pensantes et denarium habere debet [et] tres erunt, qui solidos pensare vel probare debent, et hoc factum, si eis convenit, sic accipiat, cui debentur. *Cf. A. B3. 4.*

2. Si vero istud non fecerit et sic eam acciperit, malb. **reiphus heealisinus**, sunt denarii MMD, qui faciunt solidos L[illegible]II, culpabilis iudicetur.

3. Si vero, que superius diximus, omnia secundum legem impleverit, tres solidos, cui reiphus debentur, accipiat. *Cf. B2. 3.*

4. Hoc est discernendum, cui reiphus debentur. Si nepus fuerit sororis filius senior, ille reiphus accipiat. *Cf. B2. 3.*

[5. Si vero nepus non fuerit, neptis filius senior ille accipiat].

6. Si vero neptis filius non fuerit, consubrine filius, qui ex materno genere venit, ipse accipiat. *Cf. A. B .*

7. Si vero nec consubrinae non fuerit, tunc avunculus, frater matris, reiphus accipiat.

8. Si vero nec avunculus fuerit, tunc frater illius, qui ipsa mulieri ante habuerat, si in hereditate non est venturus, ipse reiphus accipiat.

9. Si nec ipsi fuerit, tunc qui proximior fuerit extra superius nominatus, qui singulatim secundum parentilla sunt, usque ad sexto genuculo, si in hereditate mariti illius defuncti non sunt venturi, ipse reiphus accipiat. Iam post sexto vero genuculo, si non fuerint, reiphus ipse vel causa, que inde orta fuerit, colligatur a fisco.

LIII. 2. *l.* 1. omnes teneantur] *ita* 2; omne reteneantur 1. ‖ *l.* 2. fuerat 2. inputatum 2. illi 2. conponat 1.

3. *l.* 3. foras 2. inter 1. in] inter 1. contuberni 1. fuerat 2. ‖ *l.* 4. habuerat 2. malb. — hoc est] *om.* 2. ut] *ita corr.;* et *codd.* III *semper* 2. ‖ *l.* 5. singillatim *corr.* singulatim 2. coniectant 2.

LIIII. 1. *l.* 9. Si quis] Si quis ut 2. adsolit *corr.* adsolet 2. demiserit 2. ‖ *l.* 10. acciperit] accipiat 2. tunzino aut centenario 2. incidant 1. ‖ *l.* 11. ipso] et in ipso 2. debent] *ita* 2; debet 1. ‖ *l.* 12. accipere] debet *add.* 2. eque] *e con.;* eique 1; ei que 2. den̄ 1; denarium 2. tres] et tres 2. ‖ *l.* 13. pensare] vel habere *add.* 1. si] sic 2.

2. *l.* 14. acciperet *corr.* -rit 2. ‖ *l.* 15. LXIIƒ 2.

3. *l.* 16. impleverat 2. reiphi 2. ‖ *l.* 17. accipiat — debentur *(c. 5) om.* 2. accipiat] *ita con.;* accipere 1.

4. *l.* 19. illa 2.

5. *l.* 20. *Hoc caput om.* 1.

6. *l.* 21. consobrinus *corr.* consobrini 2. generi 2. ipsse 1.

7. *l.* 22. consobrini 2. filius *add.* 2. non *om.* 2. avuncolus *semper* 2.

8. *l.* 23. antea 2. habuerit *corr.* habuerat 2. hereditatem 2. ‖ *l.* 24. inventurus 2.

9. *l.* 25. ipse 2. qui *om.* 2. singillatim 2. ‖ *l.* 26. parentilla] *supple* dicti; parentella dicti 2. ‖ *l.* 27. ipsi r. accipiant 2. post] per 1. ipsi 2. ‖ *l.* 28. quę 2. fuerat collegatur 2. a fisco *om.* 2.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

LV. De migrantibus.

1. Si quis super alterum in villa migra[re vol]uerit et aliqui de eos, qui in villa consistunt, eum suscipere voluerint, si vel unus ex ipsis steterit, qui contradicat, migrandi ibidem licentiam non habeat.

*Cf. A. B3. 4.* 2. Si vero contra interdictum unius vel duorum in villa ipsa adsedere presumserit, tunc testare ille debet, et si noluerit inde exire, ille, qui eum testat, cum testibus debet testare, ut iterum in decim noctes exinde exeat, et si adhuc post decim noctes noluerit exire, tunc tertio in decim noctes ad placito adtendat, et sic noctes impleantur. Et si nec tunc voluerit exire, tunc eum maneat ad mallum et testes suos, qui [in] singula placita fuerunt, ibidem saecum praestos habea . Et si ipse, cui testatum est, noluerit venire, si eum aliqua sunnis non detenuerit, et si ista omnia, que superius diximus, secundum legem testatus [est], tunc ipse, qui eum testavit, super fortunam suam ponat et roget graphionem, ut accedat ad locum ipsum et eum exinde iactet, et, quia legem noluit audire, quod ibidem laboravit, amittat et insuper, malb. widristholo, sunt denarii MCC qui faciunt solidos , culpabilis iudicetur.

3. Si vero alium in villa aliena migrare rogaverit, antequam conventum fuerit, malb. anduntheoco, MDCCC denarios, qui faciunt solidos XLV, culpabilis iudicetur.

*Cf. B 2. 4.* 4. Si vero qui migraverit et ei nullus inter XII menses testaverit, securus ibidem maneat sicut et alii vicini

XLVI. De achramire.

*Cf. A. B3. 4.* Hoc convenit observare, ut tunzinus aut centenarius mallum indicant, et in ipso mallo scutum habere debent et tres homines tres causas demandare debent et in ipso mallo postea requirat hominem, qui ei non pertinet, et sic festucam in leso iectet et ipse, in cui[us] laesum festuca iactavit, dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare, aut si tota aut media fortuna cui voluerit dare Postea ipsi, in cuius laesum festucam iactavit, in casa ipsius manere debet et hospites tres suscipere debet et de facultate sua, quantum ei datur, in potestate habere debet et postea ipse, cui creditum est, ista omnia cum testibus collectos agere debet. Sic postea aut ante rege aut in mallo legitimo ille, cui furtuna sua depotavit, reddere ei debet et accipiat festucam in mallo et psum ante duodecim menses ipsi, quos heredes deputavit, iectet, nec minus nec maius, nisi quantum ei adcreditum est. Et si contra hoc aliquid voluerit, debent tres testes iurati dicere, quod ibidem fuissent et in mallo, quem tunzinus aut centenarius indixerunt, et quomodo vidissent hominem illum, qui fortuna sua dare voluit, in leso iam, quem elegit, festucam iactare, et denominare debent illi qui fortuna sua in leso iactavit, et sic ille, in cuius lesu iactatur, illum, quem heredem appellat, publicae similiter nominat. Et alii tres testes iurati dicant, quod in casa illius, qui fortuna sua

LV. 1. *l.* 2. migrare voluerit] *ita* 2; migraverit 1.

2. *l.* 5. p̄sumpserit 2. ‖ *l.* 6. illi 2. inter decem 2. ‖ *l.* 7 noctes] noluerit exire, iterum debet ad ipsum venire et ei testare similiter, ut iterum ad alias decem noctes exinde debeat exire *add sed postea delevit* 2. inde 2. decem *semper* 2. ‖ *l.* 8. placitum 2. impleatur 1. et si] si 2. manniat 2. ‖ *l.* 9. qui] in *add.* 2 fuer̄ 1; fuerant 2. secum prestos 2. si *om.* 2. ‖ *l.* 10. si] et si 2. si] *e con.;* sic *codd.* ‖ *l.* 11. lege *corr.* legis 2. testatur *corr.* testata est 2; testatam *corr.* testatum 1. eum] ei 2. furtunam 2. ‖ *l.* 12. rogat garafionem 2.

3. *l.* 15. villam alienam 2. antequod 2. ‖ *l.* 16. fuerat *corr.* fuerit 2. sol. XL 2.

4. *l.* 18. migraveri 2. infra XII mens 2. maneat *corr.* moneat 2. ‖ *l.* 19. alii] relqui 2.

LVI. *l.* 20. De adhramire 2.

*l.* 21. Hoc] Si quis *praemittunt codd.* observa *corr.* observar 1. ut] *ita* 2; et 1. centenarius 2; centerius 1. ‖ *l.* 22. debet 2. requirat] *e con.;* requiratur 1; requiretur 2. homini 2. ‖ *l.* 23. sic] *e con.;* ut *codd.* fistucam 2. iectit 2. leso fistucam 2. ‖ *l.* 24. furtuna *semper* 2. cui] cuius 2. ‖ *l.* 25. ipse 2. leso 2. ‖ *l.* 26. de quantum 2. ipse] ipsum 1; ipsi 2. ‖ *l.* 27. omni 1. collectis 2. ‖ *l.* 28. illi 2. deportavit 1; deputavit 2. accepit 1; accipiat 2. fistucum 2. mallum 2. ‖ *l.* 29. XII 2. mensa 1; mens 2. quos] *ita corr.;* quod *codd.* heredis 2. iectet] ut in leso iactet 2. ‖ *l.* 30. creditum 2. ‖ *l.* 31. indixerint 2. ‖ *l.* 32. fortuno suo 1. festicam 1; fistuca 2. illo 2. ‖ *l.* 33. fortuno suo 1. ille] *ita corr.;* illa *codd.* leso 2. illum] et illum 2. apellat publici 2. ‖ *l.* 34. testes] tes 1. iurati] *verba* dicere *(v. supra l. 30)* — iurati *hic rpetita sunt in codice* 1. *Ibi aliter atque antea haec scribuntur:* fortuna sua *(ita semper);* festucam; illa illi; ucs (*pro* cuius); et illum (*pro* illum); testes. casa 2; causa 1. sua — festuca *om.* 2.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

donavit illi, in cuius laeso festuca iactata est, ibidem mansisset et hospites ibidem tres vel amplius collegisset et pavisset et hospites illi tres vel amplius de susceptione gratias aegissent et illi testes tres colligissen . Ista omnia illi alii tres dicant et hoc, quod in mallo ante rege vel in publico mallo legitimo, hoc est, quod ante theoda aut tunzino, fortuna illa, quos heredes appellavit, publice coram omnibus estucam in lesó illius iactasset, hoc est, ut novem testes ista omnia debent adfirmare.

## LVII. De feltortis qui lege Salica vivunt.

Si quis servum aut ancillam, caballum, bovem vel iumentum aut quemlibet rem cum alterum [agnoverit], mittat eum in tercia manu et ille, apud quem agnoscitur, debet achramire et si citra Liga e aut Carbonarius ambo manent, et qui agnoscit et apud quem agnoscitur in noctes L placitum faciant et in ipso placito quanti fuerint, qui caballum ipsum aut rem ipsam vendiderunt aut camiaverunt aut fortasse in solicitudine dederunt, omnes [inter] placitum istum commoneantur, hoc est, ut unusquisque cum negotiatoribus alterutrum commoneat. Et si quis commonitus fuerit et eum sunnis non detenuerit et ad placitum venire distulerit, ille, qui cum eo negotiaverit, mittat tres testes, quomodo ei nuntiasset, ut ad placito veniret, et alios tres, quod publice ab eum [et] doniter negociasset. Istud si fecerit, exibit se de latrocinio. Ille, qui non venerit, super quem testes iuraverunt, ille erit latro illius, qui agnoscit, et pretium reddat ille, qui [cum] eum negociaverit, et ille secundum legem componat illi, qui res suas agnoscit. Ista omnia in mallo debent fieri, ubi illi est hamallus, super quem res illa primitus agnovita fuerit aut in tercia manu misa. Quod si trans Legere aut Carbonarias manent, cum quibus agnoscitur, in octoginta noctes lex ista custodiatur.

*Cf. A. B 2-4.*

## LVIII. De falsum testimonium.

1. Si quis falsum testimonium praebuerit, DC denarios, qui faciunt solidos V, culpabilis iudicetur.

2. S vero cuiuscumque aliquid fuerit imputatum et periurasse adprobatur, III de ipsis iuratores V solidos culpabiles iudicentur quisquis illorum. *Cf. A. B 2-4.*

3. Illi vero, qui super III fuerint, quinos solidos solvant. *Cf. A.*

4. Ipse vero, cuius imputatum fuerit, excepto causa vel capitale et delatura, V solidos culpabilis iudicetur. *Cf. A. B 3. 4.*

## LVIIII. De testibus.

1. Si quis testes necessarium habuerit dare et fortasse testes nolunt ad placitum venire ille, qui eos habet necessarios ad satisfacere, manire illos debet cum testibus ad placitum, ut ea, que noverint, iurati dicant. *Cf. B 2. 4.*

LVI 1. *l.* 1. laeso] *ita corr.*; laesi 1. mansissent 2. ibidem *om.* 2. ‖ *l.* 2. colligissent 2. illi 2 li 1. egiss nt 2. et ille testes collegisset 2. ‖ *l.* 3. tres] iurati *add.* 2. vel] *post hoc quaedam omissa iesse videntu ; cf. B.* ‖ *l.* 4. legitimo — est] *ita corr.*; hoc est legitimo *codd.* tunzinus 2. quos quod 2. appellavit] *e con.*; apellant 1; appellat 2. publici 2. ‖ *l.* 5. fistucam 2. illius 2; illis 1 nove 2. stam 2.

XLVII. *l.* 6. salica lege vivnt 2. vivant 1.

*l.* 8. alterum] agnoverit *add.* 2. tertia 2. adhramire 2. si citra Ligare] sic inter alligare 1; si (chitra tera *corr.*) ultra Ligeri 2. ‖ *l.* 9. Carbonaria 2. apud quem] cum qu 2. *l.* 10. vendide̅ 1; vindider̅ 2. ‖ *l.* 11. camiaver̅ 1; cambiaverint 2. solutione 2. omnes] inter *add l.* 2. *l.* 12. commoneant 2. ‖ *l.* 13. detenuerit] detricaverit 2. negociaverat *corr.* -it 2. ‖ *l.* 14. nuntiasset negociasset . ut] *ita* 2; et 1. placitum 2. venisset 1. ab] *ita* 2; ad 1. eo idoneos 2 *l.* 15. si] sic *add.* 2. exivit 2. se de] sed de *codd.* non venerit] *e con.*; noverit *codd.* iuraver̅ 1; iuraverint 2. ‖ *l.* 16. latro] lator 2. agnoscitur 1. precium 2. eum] cum eo 2. negociavit 2; *l.* 17. illi] Ille 2. ille est ammallus 2. ‖ *l.* 18. quam 2. illas 1. fuerit *om.* 2. tertia 2 missa 2; msit 1. ‖ *l.* 19. Ligeri aut Carbonaria maniat 2. octuaginta 2.

LVIII. 1. *l.* 21. p̅buerit 2.

2. *l.* 23. tres de ipsos 2.

3. *l.* 25 Illorum 1. tres 2.

4. *l.* 26 fuit 2. capitale] culpa 1. et] aut 2.

LVII I. 1. *l.* 29. testibus 1. darae 2 ‖ *l.* 30. mannire 2. illis 1.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

*Cf. A. B2. 3.* 2. Si venire noluerint et sunnis non detenuerit, DC denarios, qui faciunt solidos V, quisquis illorum conponat.

3. Si vero presentes fuerint in testimonio vocati et noluerint iurati dicere ea, que noverint, et forbanniti fuerint, DC denarios, qui faciunt solidos V, culpabiles iudicentur.

## L. De fide facta.

*Cf. A.* 1. Si quis ingenuus aut litus alteri fide fecerit, tunc ille, cuius fides facta est, in XL noctes aut quomodo [placitum] fecerit, quando fidem fecit, ad domum illius ambulare debet cum testibus vel cum illis, qui pretium adpretiare debent, et si noluerint fide facta solvere, DC denarios, qui faciunt solidos XV, culpabilis iudicetur super debitum, unde fidem fecerit.

*Cf. A. B2-4.* 2. Et si adhuc noluerit debitum conponere, [debet eum] ad mallum manire et sic eum nestigante mallare: Rogo, tunzine, ut nestiganti cassatione meo illo, qui mihi fidem fecit et debitum legitimum debet [et] nominare [debet], qualem debitum vel unde fidem fecit. Tunc tunzinus dicere debet: Nestiganti ego illo in hoc mallo, quod Saleca [lex] habet. Tunc ille, cuius fides facta est, debet testare, ut nulli alteri nec solvat nec pignus donet solutionis, nisi antequam illum impleat, quod ei fidem fecit. Ipsa die cum testibus ad domum illius ambulare debet et rogare sibi debitum solvere. Et si nec tunc voluerit solvere, solem ei collicet. Tunc si ei solem culcaverit, tres solidos super debitum superiore addat. Usque ad tres vices adhuc per tres nundinas facere debet et super ipsa omnia facta et noluerit adhuc conponere, usque ad novem solidos debitus ascendat, id est, ut per singulas admonitiones vel solem culcatum terni solidi adcrescant. Si quis fide facta ad placitum legitimum facto noluerit solvere, tunc ille, cuius fides facta est, ambulet ad graphionem loci illius, in cuius pago manet, adpraehendat festuca et dicat verbum: Tu, graphio, homo ille, qui mihi fidem fecit, quem legitime habeo admallatum in hoc, quod lex Salica habet et continet, et super me et super fortuna mea pono, quod securus mite [in] fortuna sua manum; et dicat de causa, de quantum ei fidem fecerat. Tunc graphio rogat VII rahinburgis et sic cum eos ad domum illius, qui fidem fecit, ambulet, [si] ipse presens est, qui fidem fecit, et dicat sic: Qui ad presens es, voluntate tua solve homine isti, cui fidem fecisti, et elegete duos, quos volueris, idoneos; cum rachemburgiis istos, de quo solvere debes, adpretiare [debeant], et hoc, quod debes, secundum iustum pretium satisfacias. Quod si audire noluerit, si presens aut absens fuerit, tunc rachineburgii adpretiato pretio, quantum valuerit pretius, quod debet, de fortuna sua tollant, et de ipsam legem, quem debet, duas partes ille, cui causa est, ad se revocet, et graphio tertia parte ad fredo colligat, si tamen de ipsa causa antea fretus non fuerit solutus.

## LI. De andoctemito.

*Cf. B3.* 1. Si quis graphionem ad res alienas tollendas invitaverit et eum legitimum iectivum aut admallatum non habuerit, ille, qui eum rogat, ut iniuste aliquid infiscare debeat, denarios VIIIM, qui faciunt solidos CC, culpabilis iudicetur.

LVIIII. 2. *l.* 1. detenuerit] detricaverit 2. ‖ *l.* 2. quisquis] quis 2.

3. *l.* 3. fuerit et in 2.

L. *l.* 5. De fides factas 2.

1. *l.* 6. alterius 1. fidem 2. ‖ *l.* 7. quomodo] placitum *add.* 2. ‖ *l.* 8. illis] *ita* 2; illius 1. p̄cium adp̄ciare 2. et *om.* 2. noluerit fidem 2. fides 1. ‖ *l.* 9. super] *ita* 2; Si per 1. *l.* 10. si *om.* 2. mannire 2. si 1. eum] *e con.;* cum *codd.* ‖ *l.* 11. tunzino *codd.* ut] et 1. nestigantio 1; nestio 2. gassatione 2; cassahone 1. ‖ *l.* 12. legitimum] debitur *add.* 2. tunzino 2. *l.* 13. nestigantio 2; nestigatio 1. ille 1. Saleca] soleta 1; lex salica 2. Tunc] et tunc 2. *l.* 14. solationis 2 ‖ *l.* 16. colecit 2. Tunc] ei *add.* 1. ‖ *l.* 17. ad *om.* 2. ‖ *l.* 18. ipsa] ista 2. ad *om.* 2. ‖ *l.* 19. ternis 2. adcrescat 2. fides 1; fidem 2. ‖ *l.* 20. legitimo 2. facto] adhuc *add.* 2. illi cui 2. ambulat 2. grafionem 2. ‖ *l.* 21. adp̄hendat 2; adpraehendit 1. fistuco 2. verbo 2. tu 2; tunc 1. grafio 2. ‖ *l.* 22. continet et] ego *add.* 2. ‖ *l.* 23. mite] mittit in 2. ‖ *l.* 24. Tun 1. grafio 2. septem racimburgiis (*corr.* racimburgies) 2. a 1. ‖ *l.* 25. ipse] et si 2. sic dicat 2. Qui ad] *ita corr.;* quia *codd.* es *om.* 2. ‖ *l.* 26. homine isti] *ita corr.;* hominem istius *codd.* elegite 2. idonius 2. ‖ *l.* 27. racimburgies (*corr.* . . giis) 2. de quos 1. adp̄ciare *et* p̄cium *semper* 2. ‖ *l.* 28. racheburgii 1; rachinburgie (*corr.* . . gii) 2. ‖ *l.* 29. de] hoc de 2. furtuna 2. ipsa 2. ‖ *l.* 30. cuius 2. grafio 2. freto collegat 2. ‖ *l.* 31. fretas 1. solutas 1. *Post hoc praebet cod.* 2 *ea, quae infra in LI,* 4 *leguntur.*

LI. *l.* 32. De autoctimetho 2.

1. *l.* 33. grafionem 2. iactivum 2. ‖ *l.* 34. aliquid] *post hoc in* 1 *scriptum, sed tunc erasum est:* tollat. debeat infiscare 2

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

2. Ille vero, qui graphionem rogat, ut iniuste tollat, VIIIM denarios, qui faciunt solidos CC, culpabilis iudicetur.

3. Si vero graphio supra lege aut debitum aliquid praesumserit, aut se redemat aut de vita conponat.

4. Si quis graphio rogatus fuerit et non venerit et sunnis eum non detenuerit aut certe *Cf. A.* [ratio] dominica et si distulerit, ut ibidem non ambulet neque mittat, qui cum iustitia exigere debeat, aut se redemat aut de vita conponat.

LII. De rem prestata.

Si quis alteri de rebus suis aliquid prestiterit et noluerit reddere, sic eum debet admallare: *Cf. A. B 2. 3.* cum testibus ad domum illius, cui res suas prestitit, accedat et sic contestetur ei: Quia res meas noluisti reddere, quas tibi prestiti, in hoc eas tene nocte proxima, quod lex Salica continet. Et sic solem ei collicet. Si nec tunc voluerit reddere, adhuc super septem noctes similiter contestetur, sicut antea fecit, ut nocte proxima, quod lex Salica continet, res suas tenere debet. Si nec tunc voluerit reddere, [ad] alias VII noctes ad eum similiter cum testibus veniat et roget, ut debitum suum reddat. Si tunc noluerit reddere nec fidem facere redd[end]i, super debitum ei, qui prestitit, aut super illos VIIII solidos, qui per singulas admonitiones adcreverunt, malb. necthanteo antesalina, sunt denarios DC, qui faciunt solidos V, culpabilis iudicetur.

LIII. De manu de hinio redemenda. *Cf. A.*

1. Si quis ad hinium admallatus fuerit et forsitan convenerit, ut ille, qui admallatus est, *Cf. A.* manum suam redimat et iuratores donet, si talis causa est, unde legitime, si probatus fuisset, DC denarios, qui faciunt solidos V, conponere deberet, tunc CXX denariis, qui faciunt solidos III, manum suam redimat.

2. Si vero plus ad manum suam redemenda dederit, fretus graphionem solvatur, quantum, si convictus fuisset, debuerat esse rediturus.

3. Si vero talis causa fuerit, unde, si probatus fuisset, poterat XXXV solidos solvere, et *Cf. A. B 2. 4.* convenit, ut manum suam redimat, [VI solidis manum suam redimat].

4. Quod [si] amplius dederit, [fretus] graphioni solvatur, quantum, [si] fuisset convictus, potuerat conponere.

5. Si[1] maior culpa fuerit, de qua LXII∫ solidos posset iudicare, et convenit, ut manum suam redimat, XV solidis manum suam redemat.

6. Quod si amplius dederit, fretus graphioni solvatur, tamquam si de causa illa fuisset adprobatus. Ista redemtio usque ad leodem sic permaneat.

LI. 2. *l.* 1. grafionem 2.

3. *l.* 3. gratio 2. p̄sumpserit 2.

4. *l.* 5. *Cf. A LXXXV,* 3 *et finem tit. L in B et supra p.* 156, *l.* 53. grafio 2. ‖ *l.* 6. ratio *add.* 2. dominicae 1. distulerint 1. iusticia 2.

LII. *l.* 11. contenet 2. ‖ *l.* 12. collexit *corr.* collocit 2. septe 2. ‖ *l.* 13. quod] in hoc quod 2. continet] habet 2. debeat 2. ‖ *l.* 14. septe 2. ‖ *l.* 15. reddat] *post hoc quaedam omissa esse videntur; cf. A. B.* reddendi 2. prestetit 2. ‖ *l.* 16. illos *(sed* s *tunc deletum est)* 2; illo 1. malb. — iudicetur *om.* 2.

LIII. *l.* 18. ineo 2.

1. *l.* 19. ineum 2. et *om.* 2. convenit 2. ‖ *l.* 20. fuisset] quod *add.* 1. ‖ *l.* 21. debet 2. tunc — faciunt] et 2.

2. *l.* 23. grafionem 2. ‖ *l.* 24. convinctus *corr.* convictus 2; victus 1. reddituras 2.

3. *l.* 25. poterit 1; potuerit 2. ‖ *l.* 26. redimat] et iuratores donet, VIIII sol. manum suam redimat *add.* 2 *in margine inferiori.*

4. *l.* 27. Quod] si *add.* 2. dederit] fretus *add.* 2. grafionem 2. quantum] si *add.* 2. *l.* 28. conponere] culp. iud. *add codd.*

5. *l.* 29. Si] vero *add.* 2. de qua] qui 2. convenet 2. ‖ *l.* 30. suam *deletum in* 2. sol. XV 2. redimat 2.

6. *l.* 31. grafionem 2. ‖ *l.* 32. probatus 2. redemptio 2. leudem 2.

1) *Cum cc.* 5. 6 *cf. A L V,* 2 *et B LIII,* 3. 4.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

Cf. B2-4. 7. Si vero leode alteri inputaverit et eum ad eneum habeat mallatum et convenit, ut manum suam redemat et iuratores donet, solidis manum redemat.

8. Si amplius dederit, fretus graphionem solvatur.

LIIII. De graphione occiso.

1. Si quis graphionem occiserit, IIIIM denarios, qui faciunt solidos DC, culpabilis iudicetur

2 Si quis sacibaronem occiderit, qui puer regius fuerat, IIM denarios, qui faciunt solidos CCC, culpabilis iudicetur.

Cf. B2.3. 3. Si quis sacibaronem occiderit, qui ingenuus est et se sacibaronem posuit, IIIIM denarios, qui faciunt solidos DC, culpabilis iudicetur.

Cf. B3.4. 4. Sachibarones in singulis mallobergis plus quam tres non debent esse et de causa, unde eis aliquid solvitur et sanum dixerint, hoc ad graphionem non removatur, unde illi securitate fecerint.

LV. De corporibus expoliatis.

1. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terra mitatur, in furtum expoliaverit, malb. freomosido, sunt denarii MMD, qui faciunt solidos L IIſ, culpabilis iudicetur.

2. Si quis tumulum super hominem mortuum expoliaverit, malb. thornechales, solidos XV culpabilis iudicetur.

3. Si quis cherist[at]onicam[1] super hominem mortuum capulaverit, malb. madoalle, aut selave[2], que est porticulus[3], super mortuum expoliaverit, malb. cheoburgio, de unaquaque de istis solidos XV culpabilis iudicetur.

Cf. B2.4. 4. Si quis hominem mortuum super alterum in naupho aut in petra miserit, malb. edulcus, solidos XXXV culpabilis iudicetur.

Cf. B4.A. 5. Si quis corpus iam sepultum effoderit et expoliaverit, malb. tornechale, wargus sit usque [ad] die illa, quam cum parentibus illius defuncti convenerit, ut et ipsi pro eo rogent, ut ei inter homines liceat accedere. Et quicumque antea aut panem aut hospitalitatem dederit sive uxor sua propria[4], DC denarios, qui faciunt solidos V, culpabilis iudicetur. Si tamen auctor sceleris

LIII. 7. *l.* 1. leude 2. ineum habet admallatum 2. convenet 2. ut *bis scriptum in* 1. *l.* 2. redimat 2. iuratoris 2. manum] suam *add.* 2. redimat 2.

8. *l.* 3. Si] Quod si 2. grafionem 2.

LIIII. *l.* 4. De grafione occisum 2.

1. *l.* 5. grafionem occiderit 2.

2. *l.* 6. sachibaronem *semper* 2. fuerat 2; furat 1.

3. *l.* 8. se] *ita corr.;* si *codd.*

4. *l.* 10. Sachibaronem *corr.* -nes 2. mallos bergies 2. || *l.* 11. grafionem 2. securitatem 2.

LV. *l.* 13. expoliationibus 2.

1. *l.* 14. mittatur 2.

2. *l.* 16. expoliaverit] vel dissipaverit *add.* 2.

3. *l.* 18. cheristiadona *corr.* cheristadona 2. || *l.* 19. selave] si levarit *corr.* si leva 2. quod 2. porticulus] *e con.;* ponticulus 1; ponticolum 2. super] *e con.;* sequentem 1; sequentis 2.

4. *l.* 21. nauco *corr.* naucho 2.

5. *l.* 23. effodierit 2. wargo 1. usque] in *add.* 2. || *l.* 24. die] de 1. quam] quae 1; quem 2. conveniret 2. et ipsi] ad ipso 1. || *l.* 25. quaecumque 1. hospitalitalitatem 1. || *l.* 26. exceleris 2.

1) *Cf. supra A VIII,* 3: Si quis arestatonem super hominem mortuum capulaverit . . *et quae ibi annotata sunt.* 2) *Cf. Ducange s. h. v. Fortasse compositum est ex germ. 'sel' = anima et germ. 'lauba' (v. Diez l. c. p.* 196 *s. v. 'loggia') = porticus.* 3) *Cf. Diefenbach, Glossarium Latino-Germanicum mediae et infimae aetatis s. v. porticus = 'lîch-hûs' etc.* 4) *Cf. B LVI; supra p.* 114, *l.* 13.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

si admi[si]sse aut effodisse probatur, malb. thornechale, sunt denarii VIIIM, qui faciunt solidos CC, culpabilis iudicetur.

6. Si[1] quis basilica expoliaverit desuper hominem mortuum, malb. chereotasino, solidos XXX culpabilis iudicetur.

7. Si quis basilica, ubi reliquie sunt insertae[2], aut ipsa basilica est sanctificata, incendiderit, malb. chenechruda, solidos CC culpabilis iudicetur.

## LVI. De dispectionibus. *Cf. B3.*

Si quis ad mallum venire dispexerit aut, quod ei ad rachineburgiis fuerit iudicatum, adimplere noluerit, si nec de conpositione nec ad hinium nec de ullam legem fidem facere noluerit, tunc ad regis presentiam ipsum manire debet, et ibidem cum II testibus ire debet, qui per singula placita iurati dicant, quod ibidem fuissent, ubi rachineburgii iudicaverunt, ut ad hinium ambularet aut de conpositione fidem faceret et ille dispexit. Iterum alii tres iurare debent, quod ibidem fuissent post illa die, quando ei rachineburgii iudicaverunt, aut per hinium aut per conpositione se duceret, hoc est de illa die in L noctes in mallobergo, iterum solem culcaverit [et] nullatenus legem voluerit implere. Tunc [eum] debet manire ante regem, hoc est in IIII noctes, et tres testimonia iurare, quod eum manisset, et si nec tunc venerit, ista omnia novem testimonia iurati dicant, sicut superius diximus. Similiter illa die, si non venerit, collicet ei solem et illa tria testimonia, qui ibidem fuerint, ubi culcaverit solem. Tunc [si] ista omnia impleverit, qui eum admallat, et ille, qui admallat[ur], ad nullum placitum venerit et per legem se educere noluerit, tunc rex, ad quem admanitus est, extra sermonem ponat. Tunc ipse culpabilis et res suas erunt in[3] fisco aut cui fiscus dare voluerit. Et quicumque eum aut panem dederit aut hospitalem collegerit sive uxor sua proxima, DC denarios, qui faciunt solidos V, culpabilis iudicetur, donec omnia, que ei legibus imputantur, secundum legem conponat. *Cf. B2.4. A.* *Cf. A.*

## LVII. De rachinburgiis.

1. Si rachinburgiae in mallobergo sedentes, dum inter se causas discutiunt, debet eis dicere, qui causam requirit: Dicite nobis legem Salicam. Si vero legem noluerint dicere, ille, qui causam prosequitur: Hic ergo vos tangono, usque quod lege mihi dicatis secundum legem Salicam. Quod si dicere noluerint, septem de illis rachinburgiae culcatum sole CXX denarios, qui faciunt solidos III, singuli culpabiles iudicentur. Quod si nec legem dicere voluerint nec ternos solidos fidem facere voluerint, tunc solem illis culcatum DC denarios, qui faciunt solidos V, unusquisque eorum culpabilis iudicetur. *Cf. A. B2.4.*

LV. 5. *l.* 1. si] *e con.;* se *codd.* admesisse aut exfodisse probatus 2.

6. *l.* 3. basilicas *codd.* iudicetur] excepto capitale et delatura *add.* 2.

7. *l.* 5. balica 2. reliquie sunt] *ita* 2; requiescunt 1. insertae] *e con.;* insertas *codd.* ‖ *l.* 6. incenderit 2.

LVI. *l.* 8. rachenburgies fuerat 2. ‖ *l.* 9. ineum 2. noluerint 1. ‖ *l.* 10 p̄sentia 2 mannire *semper* 2. ‖ *l.* 11. racheburgii 1; rachenburgie 2. ut] aut 2. inium 2. ‖ *l.* 12. facere 2. ‖ *l.* 13. quando] *e con.;* quod *codd.* rachenburgię 2. inium 2. ‖ *l.* 14. conpositione] *ita correxi;* conpositiones *codd.* culcaverit] et *add.* 2. ‖ *l.* 15. nullatinus 2. voluerit] *ita* 2; noluerit 1. Tunc] eum *add.* 2. *l.* 16. tunc 2; tun 1. nove 2. ‖ *l.* 17. dię 2. trea 2. ‖ *l.* 19. admallatur] admallat 1; admalla 2. veneret 2. noluerit] *ita corr.;* voluerit *codd.* ‖ *l.* 20. quem] *ita* 2; quam 1. mannitus 2. ‖ *l.* 21. hospitalem] *ita* 2; hospitalitatem 1. collegerent *corr.* -ret 2. ‖ *l.* 23. que] *e con.;* quod *codd.* inputatur 2.

LVII. *l.* 24. De rachenburgiis 2.

1. *l.* 25. Si] quis *add. codd.* racimburgii 2. debet] *ita corr.;* debent *codd.* ‖ *l.* 26. requiret *corr.* -runt 2. Salica 2. noluer̄ 2. ‖ *l.* 27. tangano 2. mihi legem 2. ‖ *l.* 28. Salica 2. VII 2. rachimburgiis 2. solem 2. ‖ *l.* 30. *Verba* nec ternos solidos fidem facere voluerint *in codice* 2 *scripta, sed tunc deleta sunt.* illi cul(*corr.* collo-)catum 2. ‖ *l.* 31. XV] singuli culp. iud. *add.* 1; singuli *add.* 2.

1) *Cum cc.* 6. 7 *cf. A tit. L V. L VI; supra p.* 41. 2) *Fortasse rectius legendum: inseratae, cf. francogall. 'serrer' = 'enschliessen'; v. Diez l. c. p.* 293. 3) *V. infra L , 2 et L II,* 1.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

Cf. B2. 4. 2. Si vero rachinburgiae qui sunt et non secundum lege iudicaverint, contra quem sententia dederint, causa sua agat et si potuerit adprobare, quod secundum legem non iudicaverint, DC denarios, qui faciunt solidos V, illi septem singulatim culpabiles iudicentur.

Cf. A. 3. Si vero rachinburgiae legem dixerint et ille, contra quem legem dicunt, eos contradixerit, quod legem non iudicant, simili modo contra unumquemque solidos XV culpabilis iudicetur.

LVIII. De chrenecruda.

Cf. A. B2. 4. Si quis hominem occiderit et in tota facultate non habuerit, unde tota lege conponat, II iuratores donet, quod nec super terram nec subtus [terram] amplius de facultate non habeat, nisi quantum donavit. Et postea sic debet in casa sua intrare et de quattuor angulus de terra illa in pugno collegere et postea debet stare in duropello, hoc est [in limitare], intus captare[1] et de sinistra manu de illa terra [trans] suas scapulas iactare super quem proximiorem parentem habet. Quod si iam mater et frater solserint, tunc super sororem matris aut super suos filios debet de illa terra iactare, id est super tres de generatione matris, qui proximiores sunt. Et sic postea in camisa discintus, discalciatus, palo in manu, saepe sallire debet, ut pro mediaetatem aut quantum lex addicat et illi tres solvant, hoc est et illi, qui de paterna generatione veniunt, similiter faciant. Si vero quicumque de illis pauperior fuerit et non habet, unde integrum debitum reddat, quicumque de illis plus habet, iterum super illum chrenecruda illae, qui pauperior est, iactet et ille tota lege conponat. Quod si vero nec ipse habuerit, tunc illum, qui homicidium fecit, qui eum sub sua fide habent, sic postea per quattuor mallos ad suam fidem tollant et si eum in conpositionem nullus voluerit redemere, de vita conponat.

LVIIII. De alodes.

Cf. A. 1. Si quis homo mortuus fuerit et filios non dimiserit, si pater, si mater superfuerit, ipse [in] hereditate succedat.

Cf. A. 2. Si pater aut mater non fuerint et fratres aut sorores habuerit, ipsi in here[di]tate succedant.

3. Si isti non fuerint, tunc soror matris in hereditate succedat.

Cf. A. B8. 4. Si soror matris non fuerit, sic patris soror in hereditate succedat.

Cf. A. 5. Et si patris [soror] non fuerit, sic de illis generationibus, qui proximiores sunt, illi in hereditate succedant, qui ex paterno genere veniunt.

Cf. A. 6. De terra vero Salica in muliere nulla pertinet portio, sed, qui fratres fuerint, et ad virile sexu tota terra pertineat.

LVII. 2. *l.* 1. rachimburgii 2. ‖ *l.* 2. agat] *ita* 2; ageat 1. ‖ *l.* 3. V] culp. *add.* 1. VII singillatim 2. culpabilis] *ita* 2; cum illo 1.

3. *l.* 4. rachimburgię 2. dixe 2. illi 2. quem] *ita* 2; quae in 1. ‖ *l.* 5. contradixerint 1.

LVIII. *l.* 8. conponat] conponere debeat 2. ‖ *l.* 9. supra terra nec subtus terra 2. ‖ *l.* 10. quatuor angulos 2. ‖ *l.* 11. colligere 2. hoc est] limitare *add.* 2. senixtra mane 2. ‖ *l.* 12. trans] intra 2; *om.* 1. proximiore 2. parentem] cuicumque *add., sed post. del.* 2. ‖ *l.* 13. solser̃ 1; solserint 2. *l.* 14. Id est] Idē *codd.;* de *add.* 2. camisia 2. discintus] et *add.* 2. ‖ *l.* 15. in *om.* 2. manum 2. sepe 2. medietate 2. ‖ *l.* 16. tres] t *erasum* 1. faciant] *ita* 2; faciunt 1. Si] quis *add. codd.* *l.* 17. illos 2. fuerat 2. reddat] solvat 2. ‖ *l.* 18. habet] habuerit 2. chenecruda 1; chrenechruda 2. ille 2. iactit 2. ‖ *l.* 19. sua fide] fidem 2. ‖ *l.* 20. postea] eum *add.* 2. quatuor mallus 2. si] sic 2.

LVIIII. *l.* 22. De allodis 2.

1. *l.* 23. mortuos fuerat 2. demiserit 2. superfuerit] fuerit 2. ipsi in 2.

2. *l.* 25. pater aut mater *om.* 2, *sed supra lineam verba* mater aut pater *posita sunt.* frater aut soror 2. habuerit] est demiserit 2, *sed postea his verbis deletis scripsit* remanserint. hereditatem 2.

3 *l.* 27. hereditatem 2.

4. *l.* 28. Si] vero *add.* 2.

5. *l.* 29. patris] soror *add.* 2. ‖ *l.* 30. hereditatem 2. veniunt] *ita* 2; vivunt 1.

6. *l.* 32. perteneant 2.

1) *Cf. Diez l. c. p.* 92 *s. v. 'catar'.*

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

LX. De eum qui se de parentilla tollere vult.

1. In mallo ante tunzinum aut centenarium ambulare debet et ibi IIII fustes alninos super caput suum frangere debet et illos in quattuor pecias[1] per quattuor angulus iactare debet et ibi dicere debet, quod se de iuramento vel hereditate vel de tota ratione eorum ibi tollat. Et sic postea si aliquis de suis parentibus aut moriatur aut occidatur, nulla ad illum nec hereditas nec conposi[ti]o pertineat. *Cf. A. B3. 4.*

2. Si vero ille aut occidatur aut moriatur, conpositio aut hereditas suis parentibus non pertinet, sed causa ad fisco pertineat aut[2] cui fiscus dare voluerit.

LXI. De carroenno.

1. Si quis alteri de manum desuper illum aliquid per virtutem tullerit vel rapuerit, rem in capitale restituat et insuper MCC, qui faciunt solidos XXX, culpabilis iudicetur. *Cf. A. B2-4.*

2. Si quis hominem dormientem in furtum expoliaverit, malb. freomosido, sunt denarii IVM, qui faciunt solidos C, culpabilis iudicetur. *Cf. B2. 3.*

3. Si vero quicumque desuper hominem in tertia manu miserit et ei, quod se agnoscere dicit, per virtutem tullisse convincitur[3], malb. cruene, sunt denarii MCC, qui faciunt solidos XXX, culpabilis iudicetur. *Cf. B3.*

LXII. De conpositionibus homicidii.

1. Si cuiuscumque pater fuerit occisus, [medietatem conpositionis filii collegant; aliam] medietatem parentes, qui proximiores sunt, tam de patre quam et de matre, dividant. Quod si [de] una parte, seu paterna seu materna, nullus parens fuerit, portio illius in fisco collegatur aut[4] cui fiscus dare voluerit. *Cf. A. B3. 4.*

LXIII. De hominem in hoste occisum.

1. Si quis in hoste in companio[5] de compagnenses suos hominem occiderit, secundum quod in patria, si ipso occidisset, componere debuisset[6], in triplo conponat.

LXIIII. De chereburgium.

1. Si quis alterum chereburgium clamaverit, hoc est strioportio, aut qui eneum portare dicitur, ubi strias concinant, et non potuerit adprobare, MMD denarios, qui faciunt solidos LXII*ſ* culpabilis iudicetur. *Cf. A. B3. 4.*

LX. *l.* 1. eo 2.

1. *l.* 2. ante] autem ante 1. tunzinum] *ita* 2; tunzinem 1. quattuor fustes alininus 2 *l.* 3. capud 2. suum] in mallo ante tunzino aut centenarium *add.* 2. illum 2. angelos *corr.* angulos 2. *l.* 4. vel] et de 2. totam rationem illorum 2. ibi] *e con.;* sibi 1; *om.* 2. ‖ *l.* 5. sic 2; si 1. aliqui 2. nulla] *ita corr.;* nullum *codd.* ‖ *l.* 6. conpositio 2; conposio 1.

2. *l.* 7. illi 2. aut moriatur aut occidatur 2. ‖ *l.* 8. sed causa] *ita corr.;* causa sed *codd.* perteneat *supra lineam scriptum in* 2.

LXI. *l.* 9. De caroweno 2.

1. *l.* 10. desuper] super 2. illum] *ita* 2; illium 1. tulerit 2. *Verba* vel rapuerit *in codice* 2 *scripta, sed tunc deleta sunt.* ‖ *l.* 11. capitalem 2. culpabilis iudicetur] conponat 2.

3. *l.* 14. se] *ita* 2; si?1. ‖ *l.* 15. dicit] *ita* 2; dicitur 1. tollisse 2.

LXII. *l.* 17. De conpositionis homicidię 2. homicidiae 1.

1. *l.* 19. Si] quis *add. codd.* proximiores] *ita* 2; proximiora 1. et de] de 2. devidant 2. si] de 2. ‖ *l.* 21. voluerit dare 2.

LXIII. 1. *l.* 23. compagenses 1; conpaniones 2. ‖ *l.* 24. occisisset 2. triplum 2.

LXIIII. *l.* 25. De chereburgio 2.

1. *l.* 26. estrio portio 2. enio 2. ‖ *l.* 27. estrias 2. concinant] *ita* 2; conveniant 1. MMD denarios] *ita corr.;* sunt den. MMD *cod.*

1) *Cf. Diez l. c. p.* 243 *s. v. 'pezza'.* 2) *Cf. Lex Alamannorum* V, 2: illa hereditas . . in potestate regis sit, cui vult donet . . ., *v. supra LVI (p.* 159, *l.* 21*) et infra L II.* 3) *V. supra tit. VII, c.* 3. 4) *V. supra n.* 1. 5) *Cf. Diez l. c. p.* 106 *s. v. 'compagno'.* 6) *V. supra tit. XLI,* 1.



Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.

Cf. B 3. 4. 2. Si quis mulierem ingenuam striam aut meretricem [clamaverit][1], malb. faras, sicut superius[2] diximus, in triplo conponat.

3. Si stria hominem commederit[3] et ei fuerit adprobatum, malb. granderba, sunt denarii VIIIM, qui faciunt solidos CC, culpabilis iudicetur.

LXV. De caballo mortuo sine consilium domini sui decorticato.

Cf. A. B 4. 1. Si quis caballum alienum sine consilium domini sui excorticaverit et interrogatus fuerit confessus, caballo ipso in capitale restituat.

2. Si vero negaverit et ei fuerit adprobatum, malb. turnechroso, DC denarios, qui faciunt solidos XV, culpabilis iudicetur.

LXIIII. 2. *l.* 1. estriam 2. meretricem] clamaverit *add.* 2.

3. estriam 2.

LXV. *l.* 5. mortuum 2. decorticatum 2.

1. *l.* 6. consilio 2. decortegaverit 2. || *l.* 7. capite 2.

2. *l.* 9. iudicetur] excepto — delatura *add.* 2.

*In codice* 1. *sequuntur Pactus pro tenore pacis Childeberti I. et Chlotharii I. regum et Decretio Childeberti II. regis.*

1) *Cf. supra A* *LVIII,* 4; *B* , 3; *Edictus Rothari c.* 198: Si quis puellam aut mulierem liberam . . . fornecariam aut histrigam clamaverit . . . 2) *Id est in capite primo huius tituli; ergo CL VIIſ solidi solvendi sunt, v. etiam textus DE.* 3) *Cf. Edictus Rothari c.* 376 *et Karoli Magni Capitulare de partibus Saxoniae c.* 6; *MG. Capit. I, p.* 68, *nr.* 26.

Diese Ausgabe ist nicht veröffentlicht.
Die Edition wurde 1916 im Stadium der Druckfahnen aufgegeben.